Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-
ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

7P
8vo
B.S.
G. 248.

# ANIMADVERSIONVM

A D

*IAC. VELLERI*

# GRAMMATICAM GRAECAM

SPECIMEN SECVNDVM

AVCTORE

*IOH. FRIDER. FISCHERO*

*LIPSIAE*

SVMTV CASP. FRITSCHII

A. C. CIϽIϽCCLXXXXVIIII

BIBLIOTHECA BODLEIANA

## ADAMVS BRENDELIVS
### MEDICVS VITEBERGENSIS
### NVPER CLARISSIMVS

*Clenardio, Caninio, et Gretſero, poſt Golium, qui perſpicuitate, et facilitate, ſemet commendat, et Gualperium, qui cum Golio ferme conuenit, vſus eſt Vellerus, ſiue ipſe has Inſtitutiones, quae ſuum prae ſe ferunt nomen, conſcripſerit, ſiue ab aliis conſcriptas caſtigatius ediderit. Subtiliter certe ſunt compoſitae, e quibus magna vis ingenii, et philoſophiae, elucet, adeo, vt fere tironum captum, qui, non tam iudicio, quam ſenſu, et natura, duce feruntur potiſſimum, et excitantur, excedant. Quod etiam mouit Koeberum, vt eas cum Golii praeceptis vſu coniungendas putarit, quo, propoſita facilitatis ſpecie, tirones denuo ad haec ſtudia allicerentur, eaque maiori animi contentione perſequerentur.*

## LECTORI BENIVOLO

## S

Quum e ſententiis, quas graues, neque cupidi, non exiſtimatores, ſed iudices, de primo harum Animaduerſionum ſpecimine, non priuatim, ſed publice, dixerunt, ſatis intellexerimus, illud ipſis non diſplicuiſſe omnino; quum, non ſolum amici, cum coram, tum per literas, cohortati nos, non ſemel, ſed ſaepius, fuerint, vt telam, quam eſſemus anno ſuperiore exorſi, pertexere ne ceſſaremus, ſed librarius quoque, conductor opuſculi, vir honeſtiſſimus, a nobis etiam, atque etiam, petierit, vt elegantem, tironibuſque in primis vtilem, Velleri libellum explicare, atque illuſtrare, annotamentis noſtris qualibuſcunque, ex pacto, pergeremus: videbis facile, humaniſſime lector, cauſſarum abunde fuiſſe, cur nos tibi iam ſecundum hoc illarum obſeruationum ſpecimen in manus dare non dubitarimus. Praeuideo equidem ſatis, futuros eſſe, in hac tanta noſtrae aetatis ſophorum, non tam copia, quam abun-

dantia, non paucos, qui dictitent, tempus a nobis, atque operam, rectius, meliuſque, in aliis rebus, philoſophicis ſcilicet, theologiciſque, quas ſane plurimi facimus, collocari, quam in grammaticis, quae parum plerumque, immo nihil, vtilitatis praeſtarent, potuiſſe. Sed hi erunt fere, qui, alieni a ſincero, liberalique, bonarum literarum amore, nihil praeclarum, et vtile, niſi quod cum maxima commodorum, redituumque, multitudine coniunctum ſit, a plurimiſque, aniculis etiam, et paganis adeo, collaudetur, atque probetur, putabunt. Hi ſi intellexerint, ſibique perſuaderi paſſi fuerint, neminem poſſe vllo modo, neque in theologia, neque in iuris prudentia, neque in medicina, neque in philoſophia, rite verſari, vlloque excellere modo, qui non idoneas ſibi grammaticae etiam Graecae copias comparauerit: haud dubie deſinent admirari, tantum ei a nobis ſtudii, atque temporis, hac quidem aetate, tribui, qua induſtriam maxime, diligentiamque, liberalem parentibus, aliiſque neceſſariis, etiam praeceptoribus, omninoque viris eruditis, ac potentibus, probari oportere, facile appareat. Et profecto ſi homines ii, qui, temporibus noſtris, interpretari tantopere, atque emendare, Graecorum veterum libros geſtiunt, plus operae in cognoſcenda grammatica ponerent: non dubito, quin multo felicius, et rectius, cum in iis enarrandis, tum in corrigendis librariorum mendis, verſaturi eſſent. Neque vero nobis eorum ratio magnopere arridet, qui nimio, vt opinor, grammatices

ces

ces amore ablati, ipſis ſcriptorum veterum libris, quos animaduerſionibus aliorum doctorum hominum, atque ſuis, ſed perpaucis, illuſtratos edunt, ſubiungere analyſin, ſic enim appellant, ſingulorum vocabulorum inſtituunt. Hac enim opera, non tam adiuuari, atque incitari, ſtudia puerorum, quam impediri potius vehementer, aut certe tardari non parum, videntur. Sed facile tamen, cum in aliis rebus, tum etiam hoc in genere, alios aliter ſentire feremus.

Etenim in adornando hoc ſecundo animadverſionum grammaticarum ſpecimine idem conſilium, quod in exhibendo primo ſpectare placuit, ſequuti ſumus. Et primum quidem diligenter contulimus cum recentiſſima libelli Velleriani editione eas, quae Amſtelodami anno huius ſaeculi quinto decimo, et ante hos decem annos Traiecti ad Rhenum, octonis curatae ſunt [1], quaſque ad exemplum illud fere expreſſas eſſe cognouimus, quod anno ſuperioris ſaeculi duodenonageſimo Lipſiae, Tarnouii librarii ſumtu, exiit. Enotauimus vero inde varietatem lectionis, non omnem, ſed eam tantummodo, quae digna nobis cognitione videbatur, idque propterea, vt appareret, quae ab ipſius Velleri doctrina, quaeue aliunde, profecta eſſent, vt bonus ille vir, alienorum erratorum

 cauſſa,

1. Vid. Praefatio prima ad primum harum Animaduerſionum ſpecimen p. 11.

cauſſa, ita vt ſit, ne reprehenderetur in poſterum. Deinde non ſolum opera a nobis data eſt, vt Velleri praeceptis ea adderentur, quae noſmet in lectitandis veterum Graecorum libris adhuc quidem obſeruauiſſemus, ſed curauimus etiam, quantum fieri potuit, cum vt, quae idem ille vir doctiſſimus minus recte tradidiſſet, ea corrigerentur, ac emendarentur, tum vt, quae recte docuiſſet, ea pluribus ſcriptorum veterum auctoritatibus, magiſque idoneis, confirmarentur, et ab iniquis quorundam, Georgii in primis, Vitebergenſis theologi, et temerariis, reprehenſionibus vindicarentur. Quo quidem in genere nos multum Porti maxime, Metariique, opuſculorum vſu eſſe adiutos, grati profitemur. Quid enim, quaeſo, impediat, quo minus bonis aliorum libris, rariores in primis paulo, et tironibus minus noti, quum ſint, vtare? Praeterea noſtris obſeruationibus interiectas videbis, lector, nonnullis in locis animaduerſiones primum nunc editas, et Ioh. Conr. Nigrini, viri eruditiſſimi, atque de rebus gymnaſii artium Coburgenſis non minus, quam de noſtris literarum ſtudiis, praeclariſſime meriti, et Adami Brendelii, medici clariſſimi, cuius doctrinae Graecae grauitas copioſa Academiam Vitebergenſem olim non parum ornauit. Atque has quidem, pro incredibili ſuo in nos amore, tradidit nobis vltro pater optimus, Erdmanus Rudolphus [2], quem

2. Diem ſuum obiit Coburgi ipſis Kalendis Iuniis A. C. CIƆIƆCCLXXVI. Antiſtes ſacrorum publicorum in

quem Brendelio grammaticam Velleri Graecam Vitebergae, ineunte hoc ſaeculo, ſermonibus explicanti aſſediſſe probi exempli auditorem ſcio. Et vt ego hanc parentis liberalitatem gratus praedico: ita, vt ipſe diem natalem quartum, et ſexageſimum, laetus, beneque valens, agat, et vita quam longiſſima mihi, fratrique meo vnico, Ioh. Alberto Chriſtophoro [3], cuius literarum ſtudiis deus numine ſuo adſit, fruatur, vehementer precamur. Exemplar vero grammaticae Velleri illud, cuius paginarum in oris Nigrinus annotatiunculas quaſdam breues adſcripſerat, et in primis multos ſcriptorum veterum locos laudarat, pro ſua in parentem noſtrum beniuolentia, mittere ad nos eiuſdem Nigrini filius, vir omnium humanitatis partium ſcientiſſimus, non grauatus eſt.

Caeterum nihil magis optamus, quam vt hoc quoque Animaduerſionum ſpecimen hominum intellegentium, beniuolorumque, ſententiis comprobetur, tironumque ſtudiis quam vtiliſſimum reperiatur. Et ſi quid peccatum forte a nobis alicubi fuerit; id quod in rebus tam variis, et minutis, ſubtilibuſque, facile fieri potuiſſe, quis non intellegit? hoc, vt vel imbecillitati humanae, vel noſtrae de literis Grae-

 cis

in agro Coburgenſi primarius, natus annos duodenonaginta, atque menſes ſex.

3. Mortuus eſt Coburgi a. d. XI. Kalendas Quinctiles A. C. CIↃIↃCCLXXXXVIII. Conſularis, et Gymnaſiarcha, annum agens aetatis ſeptuageſimum.

cis bene merendi voluntati, condonare, lector amice, velis, vehementer te etiam, atque etiam, rogamus. Vale. Tertiam denique, et vltimam, harum Animaduerſionum partem ſcito eſſe proximo mercatu verno, ſi deus ſirit, prodituram. Iterum vale. Scripſi Lipſiae a. d. VI. Idus Octobres, ipſo die natali meo, A. C CIↃIↃCCL

Q. B.

Q. B. V

In parte harum Animaduerſionum prima, quae anno ſuperiore eſt a nobis emiſſa, praecepta grammaticae Vellerianae de literis, et ſyllabis, omnibuſque, quae iis accidunt, itemque de articulo, et nominum declinationibus, ita perſequi inſtituimus, vt ea, vel correxerimus, emendauerimuſque, diligenter, vel expoſuerimus, atque explicarimus, latius, fuſiuſque, vel rationibus, et auctoritate, cum ipſorum ſcriptorum veterum, eorumque optimorum, tum doctiſſimorum grammaticorum Graecorum, confirmarimus, vel multis denique acceſſionibus adauxerimus. Atque hanc ipſam rationem ſequi, et tenere, ſtuduimus in ſecunda Obſeruationum noſtrarum parte, quae nunc exiit, et quam pertinere iuſſimus ad ea libri Velleriani capita, quae de variis nominum generibus, eorumque, et motione, et comparatione, de pronominibus, et de verbis vtriuſque formae, hoc eſt, in ῶ, et μι, exeuntibus, eorumque declinatione, quaerunt. Iam quanquam de his locis grammaticae Graecae omnibus, maximeque de nominibus deminutiuis, et de tribus adiectiuorum gradibus, et particulis, eorum comitibus, et de vi vera, atque vario vſu, temporum verborum, eorumque conſequutione legitima, diligenter a nobis eſt, copioſeque, diſputatum, quo magis exacuerentur, incitarenturque, liberalia tironum ſtudia, ſi viderent, quantae eſſent ſermonis Graeci opes, atque copiae, ad quas comparandas, non paucorum, ſed plurimorum,

anno-

annorum ſpatio, non remiſſa, ſed contentiſſima, librorum claſſicorum lectione, non mediocri, ſed ſumma, obſeruationis diligentia, opus eſſet: tamen in hac tanta rerum ſaepe admodum minutarum multitudine probe intellegimus, quam facile fieri potuerit, vt, alia a nobis praetermitterentur [1], alia perperam traderentur. Haec igitur conſultores huius quoque Animaduerſionum noſtrarum partis aequi ſuae ipſorum doctrinae, et diligentiae, relicta eſſe ita putabunt, vt etiam librariorum erratis, neque multis, neque grauibus [2], veniam paratam eſſe debere meminerint. Nam profecto nec perfecta, omnibuſque numeris abſoluta, grammatica Graeca componi, niſi coniuncta plurium cura, vllo modo poteſt. Scripſi Lipſiae a. d. VIIII. Kalendas Septembres A. C CIƆIƆCCLXXXXVIII

1. Sic p. 127. poterat animaduerti, aduerbium numerale τρὶς etiam in nominibus compoſitis ita vſurpari, vt ſuperlatiuus exprimeretur: vt, τριλοφία Ariſt. Auu. 94.: vbi v. Bequius V. C.: τρικυμία *fluctus decumanus* Eurip. Troadd. 83.: vbi Barneſius etiam πεντακυμία, quod Lucianeum vocabulum eſt, attulit. P. 191. poteramus docere harum literarum ſtudioſos, locum Strabonis ibi allatum laudari eandem in rem etiam ab Euſtathio ad Il. β′ p. 295. 2.

2. P. 1. v. 16. pro *debebat* l. *erat:* p. 53. v. 26. l. *coniunxerit:* p. 55. v. 1. l. 9, 92.: p. 69. v. 1. l. πεντηκονταέτης· p. 142. v. 29. l. *augendae:* p. 160. v. 12. verba, ἀπ᾽ ἀμφοῖν — *Polyb.* 3, 73., pone poſt verba, *et neutr.: vt,:* p. 223. v. 2. l. ὁπότερος· p. 256. v. 27. l. *Guelf.:* p. 268. v. 8. l. *Sed aor. 2. interdum:* p. 304. v. 16. l. *augmento:* p. 309. v. 11. dele verba, *Sic* ἀρόω — *Herodo.* 4, 96.: p. 334. v. 33. l. συμφωνοῦντι, et διαφωνοῦντι.

Q. B

*Q. B. V*

# ANIMADVERSIONVM
## AD
# GRAMMATICAM GRAECAM
## IAC. VELLERI
## SPECIMEN SECVNDVM

Ad p. 92. *vel* primit. *vel* deriuat.] Graeci grammatici vſi ſunt hoc in genere verbis πρωτότυπα, et παράγωγα· vid. Apollonius Alex. de ſynt. 2, 8. p. 115. Sylb.: ſed Plato Cratyl. 37. *primitiua* nomina πρῶτα ὀνόματα dixit. Grammatici enim Latini πρωτότυπα fere *primitiua*, παράγωγα *deriuatiua*, vocavere, vt Priſcianus gram. 2. p. 48. Baſ.: ſed Diomedes gram. 1. p. 23. a Lipſ. deriuatiua nominat *derivata*, et primitiua, *principalia*, vt Priſcianus gram. 2. p. 57. Baſ., quippe quae a Graecis etiam ἡγεμονικὰ appellentur. Caeterum definitio nominis *primitiui* non minus, quam *deriuatiui*, eorumque exempla ſubiecta, in editionibus libelli Lipſienſibus primis, et Batauis, non leguntur. Et quum de nominibus tantum hoc loco, non omnino de verbis, quaeratur: pro verbo τίω ponendum, exempli cauſſa, debebat nomen aliquod, vt, μὴν, cuius deriuatiua ſunt μήνη, μηνίσκος· σῦς, et ὗς, a quibus ducta ſunt nomina ὑὰς, et συὰς, σύαινα, et ὕαινα. Sed maxima tamen pars, vt verborum, ita nominum quoque, primitiuorum, quae proprie quidem ita dicantur, interiit, neque in libris, qui ad noſtram peruenere aetatem, extat. Quam in rem,

praeter Etymologicum magnum, et Lennepii Etymologicum, ab Euerardo Scheidio editum Traiecti ad Rhenum A. C. 1790. octonis, dignae ſunt, quae conſulantur Valquenarii obſeruationes, quibus via munitur ad origines Graecas inueſtigandas, praemiſſae Lennepii praelectionibus academicis de analogia linguae Graecae, quas idem Scheidius eadem in vrbe publicauit A. C. 1790. octonis. Nominum igitur *primitiuorum* nomen nunc cadit omnino in ea nomina, quae non debent originem aliis nominibus vſitatis, et notis, ſuam. Nomina autem deriuatiua ſunt, vel *ſimplicia*, vt σοφὸς, σοφία, vel *compoſita*, vt αὐτοκράτωρ, μεγαλόφρων, ἄφρων, vel *decompoſita*, quae a Graecis παρασύνθετα, h. e. *a compoſitis deriuata*, appellantur, vt αὐτοκρατορία, μεγαλοφροσύνη, ἀφροσύνη. vid. Priſcianus gram. 5. p. 145. Baſil. Caeterum hunc grammatices de deriuatiuis locum magna diligentia perſequutus eſt Phil. Cattierius in libro, qui inſcribitur *Gazophylacium Graecorum*, ſeu *methodus admirabilis ad inſignem breui comparandam verborum copiam*, editus primum Pariſiis A. C. 1651., iterum, cura Henr. Iac. Baſhuiſenii, Hanou. A. C. 1708., tertium Trai. ad Rhen. A. C. 1757. octonis, cum auctario Frid. Ludou. Abreſchii. Hunc igitur librum adiri velim ab iis, qui viderint, a nobis eſſe aliquid hoc in genere praetermiſſum. Nos enim ſequuti ſumus maxime hoc, vt Velleri praecepta, vel confirmaremus, vel augeremus. Sed vnius hominis opera nec hoc in genere omnino ſatiſfacere diſcentibus poteſt.

Ad p. 93. *gentem, aut originem, ſignificant*] Hoc eſt, filios, vel nepotes, omninoque poſteros, ſignificant. id, quod vel ipſum vocabulum πατρωνυμικὰ docet. Ducuntur enim proprie a nominibus patrum propriis: ſed abuſiue formantur etiam a nominibus matrum, auorum, fratrum, regum, ſiue conditorum. vid. Priſcianus gram. 2. p. 53. — 57. Baſil.: Etymol. M. v.

Ἀτρείδης

Ἀτρείδης p. 165. 38. v. Βϐτίδης p. 210. v. Κρονίων p. 540. 25.: Euſtathius ad Il. α p. 12. ſſ. Rom.: Phauorinus v. πατρωνυμικὸν ὄνομα.

*terminationem* δης] Scilicet ducuntur a caſu ſecundo ſingulari nominum primitiuorum, ita, vt, abiecta eius terminatione, quum proxima ſyllaba breuis eſt, addantur fere ſyllabae ιδης, quae, praecedente litera ε, cum ea coëant in ſyllabas ειδης· v. Priſcian. gram. 2. p. 56.: vt, Μερμερίδης Hom. Odyſ. α, 259.: Κρονίδης Heſiod. Ἔργ. 18.: Ἀνθεμίδης Hom. Il. δ, 488.: qui ibid. 473. dicitur Ἀνθεμίωνος υἱὸς, quia deminutiuum nomen Ἀνθεμίων vicem implet primitiui Ἄνθεμος· quam quidem rationem praeferendam eſſe putamus rationi eorum, qui Ἀνθεμίδης dictum eſſe, per ſyncopen, pro Ἀνθεμιωνίδης praecipiunt: v. Euſtathius ad Hom. d. l. p. 501. 39. atque ad Il. β p. 288. 18. et Etymol. M. v. Ἀνθεμίδης p. 109. 6.: vt Ἠετίδης Herodo. 5, 92. 5., h. e. *Eëtionis filius*, quod a nomine Ἠετὸς ductum eſt: v. ibi Valquenarius: ſed Ἰαπετιονίδης *Prometheus* Heſiod. Θεογ. 528. et Ἔργ. 54., h. e. παῖς Ἰαπετοῖο v. 50., profectum eſt a nomine Ἰαπετίων· Ταντολίδαι Aeſchyl. Agam. 1478.: Κοδρίδης Plut. V. Solon. 1. p. 196. To. 1. Tub.: Κοδρίδαι Id. de mulierr. virtutt. p. 289. To. 8. Tub.: Αἰακίδαι Herodo. 5, 80. 8, 64.: οἱ Τημενίδαι Id. 8, 138., h. e. οἱ Τημενϐ ἀπόγονοι ibid. 137.: Πεισιςρατίδαι Herodo. 7, 6.: quo tamen nomine ſaepe, et ipſe Piſiſtratus, et filii eius, atque nepotes, ſignificantur, vt nominibus huiuſmodi aliis: v. Valquenarius diatr. in Eurip. fabb. reliquias p. 196.: Βϐσελίδαι Demoſth. p. 1077. 23. To. 2. Reiſqu., h. e. οἱ ἀπὸ τϐ Βϐσέλϐ γενόμενοι Id. ib. v. 36.: Ἀγαμεμνονίδης, hoc eſt, Ὀρέςης ὁ Ἀγαμέμνονος, Herodo. 1, 67.: Τυνδαρίδαι Id. 5, 75.: Αἰσονίδης *Iaſon* Heſiod. Θεογ. 993.: Θεςορίδης Hom. Il. α, 69.: vbi ſchol. min. ὁ Θέςορος παῖς, Κάλχας· ὁ δὲ τύπος πατρωνυμικός·

Πελοπίδαι Sophocles Electr. 10.: Ἀφαρητίδαι Pindar. Nemeonn. 10, 121. ſ.: quod patronymicum ductum eſt a primitiuo Ἀφάρης· v. Etymol. M. p. 175. 33. Sed Τυδείδης Hom. Il. έ, 1.: Ἀλκείδης Heſiod. Ἀσπ. 112., h. e. *Hercules*, ab Alceo auo ita dictus: Ἰφικλείδης Heſiod. Ἀσπ. 111., h. e. ὁ Ἰφικλέους Palaeph. fab. 39, 6.: Ἀτρεῖδαι Aeſchyl. Agam. 44., h. e. Ἀτρέως παῖδες v. 60.: ſed Καινίδης apud Herodo. 5, 92. 2. ductum eſt a nomine Καινὸς pro Καινεὺς, aut mutari debet in Καινείδης· Περσεῖδαι Xen. Cyrop. 1, 2. 1.: Ἐρεχθεῖδαι, et Αἰγεῖδαι, Demoſth. p. 1397. To. 2. Reiſqu.: Πηλείδης Hom. Il. σ', 316.: et patronymicum Ἡρακλεῖδαι Herodo. 8, 114. explicatur ab Iſocrate Paneg. p. 146. To. 1. Bat. verbis, οἱ Ἡρακλέους παῖδες, et a Lycurgo p. 211. To. 2. Reiſqu. verbis, οἱ ἀφ' Ἡρακλέους γεγενημένοι. Λατοΐδης, Dor. Λαταοΐδας, *Apollo*, Heſiod. Ἀσπ. 479. Pindar. Pythionn. 1, 22. ſ. 9, 8. Interdum nominibus patronymicis adiunguntur, velut interpretamenta, nomina filiorum, nepotumue: vt, Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην Iuſtin. M. Apol. 1, 33.: Κρονίων Ζεὺς Pindar. Pythionn. 4, 40. ſ.: Εὐρύτου Ἀκτορίωνος Hom. Il. β', 621.: Ἀτλαντὶς Μαίη Heſiod. Θεογ. 938.: ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων Herodo. 7, 159. De forma nominum Εὐρυπώδης, Μινώδης, aliorumque, v. Etymol. M. v. Εὐρυπώδης p. 397.

*quae Ionice mutatur in* ων, *Aeol. in* διος] Priſcian. gram. 2. p. 55. *Sunt igitur patronymicorum formae apud Graecos tres. In* des [ιδης], *quae dicitur communis apud illos, quod in omni ſermone poſſunt hac uti, qua ſola Romanorum quoque poëtae vtuntur. Nam aliis duabus non vtuntur, id eſt, in* ων [ιων] *terminata, quae eſt propria Iadis linguae, vt* Πηλείων Πηλείδης, *et in* αδιος, *quae eſt Aeolica, vt* Hyrradius [Ὑῤῥάδιος], *Hyrrae filius, Pittacus.* v. Suidas v. Ὕῤῥα παῖς.

Κρονίων

Κρονίων eſt apud Hom. Il. α', 397. Heſiod. Θεογ. 4. Pindar. Pythionn. 4, 40.: Ἀκτορίων Hom. Il. β', 621.: Οὐρανίωνες Heſiod. Θεογ. 461. 929., qui ibid. 502. Οὐρανίδαι dicuntur: Δαρδανίωνες Hom. Il. ϑ', 154. Atque haec ipſa nomina terminantur ſyllabis ειων, quum, abiecta ſyllaba poſtrema genitiui ſingularis primitiuorum, litera ε praecedit. Sic, Πηλείων Hom. Il. α', 188. 197.: Ἀρείων Il. β', 445. ω', 395. v. Etymol. M. v. Κρονίων p. 540.

Λαέρτης, Λαερτιάδης] Vid. Gregorius de diall. p. 231. ſ. et ibi Koenius, atque Etymol. M. v. Λαερτιάδης p. 554. Scilicet omnia patronymica, quorum primitiua, terminatione genitiui ſingularis abiecta, ſyllabam proximam longam habent, fere ſyllabis ιαδης terminantur. Conf. Euſtathius ad Il. α' p. 13. 20. Daueſius miſcell. critt. c. 4. p. 173. edit. pr. et Koenius ad Gregor. p. 230. ſ. Sic, Ἀμφιτρυωνιάδης Heſiod. Θεογ. 317.: Ἀμφιτρυωνιάδαν Pindar. Iſthmm. 6, 56.: Περσηϊάδαο Hom. Il. τ', 116.: Τελαμωνιάδας Pindar. Iſthmm. 6, 38. et Nemeonn. 4, 77.: Ἀβαντιάδης Apollon. Rhod. 1, 78.: Αὐγηϊάδης Theocr. Idyl. 25, 193.: Πελοπηϊάδαι Id. Idyl. 15, 142.: Ἀρητιάδης Heſiod. Ἀσπ. 57. Conf. Etymol. M. p. 556. 25.

*αδης habent deriuata a nomm. pr. declin., vel quae in pen. ι habent*] Euſtathius ad Odyſ. κ' p. 1644. 44. Τὸ δὲ Ἱπποτάδης [Odyſ. κ', 2.] ὅμοιόν ἐστι τῷ Βουτάδης. Ὡς γὰρ Βούτης Βούτου Βουτάδης, οὕτως Ἱππότης Ἱππότου Ἱπποτάδης. Τοιοῦτος γὰρ ὁ πατρωνυμικὸς τύπος τῶν εἰς ης ληγόντων κυρίων ὀνομάτων, ὧν εἰς ου ἡ γενική· ὥσπερ καὶ τῶν εἰς ας, οἷον Ἀλεύας Ἀλευάδης· καὶ τῶν διὰ τοῦ ιος καθαρῶν, οἷον Ἥλιος Ἡλιάδης. add. omnino Etymol. M. v. Βουτίδης p. 210. et v. Κρονίων p. 540. Sic, Βακχιάδαι Herodo. 5, 92.

 2.:

2.: Ταλθυβιάδαι Id. 7, 134.: Ἀγνιάδης Apollon. Rhod. 1, 105.

*in quibuſdam eſt epentheſis*] Immo ſyncope, vt ex iis, quae ante dicta ſunt, patet. Sic Λεωντίδαι, et Ἀκαμαντίδαι, et Ἱπποθοωντίδαι, Demoſth. p. 1397. To. 2. Reiſqu.: Αἰαντίδαι Id. p. 1398. To. 2.: Ἀλκμαιωνίδαι Herodo. 1, 61. 5, 66. Iſocrat. περὶ τοῦ ζεύγ. p. 431. To. 2. Bat.: Ἀφαρητίδαι Pindar. Nemeonn. 10, 121. ſ. Sed vt Vellerus hac in re ducem ſequutus eſt Caninium, quem ipſe laudauit: ita exemplum formae nominis Αἰνείδης petiit e Priſciani gram. 2. p. 55., qui ea Virgilium vſum eſſe ait: locus eſt Aen. 9, 653.: ſibique eam ductam videri oſtendit a nomine Αἰνεάδης, literis ε, et α, in ει contractis, vel a forma nominis Αἰνεύς. Nunc vero apud Virgilium legitur *Aeneide*: quod nomen recte putatur extitiſſe ex Ionica forma Αἰνηιάδης, contracta in Αἰνηίδης. vid. ibi Heinius. Nam poſſet per ſe etiam *Aeneade* legi, quum patronymicum Αἰνεάδης in Etymol. M. p. 210. 15. laudetur. Certe apud Dionyſ. Halic. archaeol. 1, 49. p. 40. 1. To. 1. Lipſ. p. 125. To. 1. Reiſqu. pro οἱ Αἰνειάται dubitari non poteſt quin reſcribi debeat οἱ Αἰνειάδαι· etſi non ignoro, in libris N. T. poſteros Iacobi nominari Ἰσραηλίτας, qui e ratione Graecorum vetere Ἰσραηλιάδαι, vel Ἰσραηλίδαι, dici debebant.

*quaedam in ιδης — non patronymica*] Etiam hanc obſeruationem Vellerus Caninio debet, qui Ἑλλην. p. 228. huius generis vocabula eſſe ait nomina, ab Ariſtophane per iocum ficta, haec, σπουδαρχίδης, μισθαρχίδης. Leguntur Acharnn. 595. 597., vt v. 596. nomen στρατωνίδης. Et ad primum quidem comici locum ſchol. vetus annotauit haec, Σπουδαρχίδης· σπουδάζων περὶ ἀρχῆς. Αἰολέων δὲ ἴδιον τὰ ἐπίθετα πατρωνυμικῷ τύπῳ φράζειν. Haec eius

verba

verba in Lexico ſuo repetiit Suidas v. σπȣδαρχιάσας, ita, vt addiderit iſta, οἷον ϛρατωνίδης, μισθαρνίδης.

*feminina — in* ας, *et* ις] Haec ipſa praecipiuntur a Priſciano gram. 2. p. 56. ſ. Baſil. Vt, Λητωϊὰς *Latonia*, Diana, Callim. h. in Dian. 83.: Λητωΐδι Id. ibid. 45.: Χρυσηΐδα Hom. Il. ά, 369.: Βρισηΐδα Id. ib. 346.: quam poëta ib. 392. vocat κȣ́ρην Βρισῆος· Νηρηΐσι Herodo. 7, 191. Sic, Ἀτλαντὶς Heſiod. Θεογ. 938.: quae ab Hom. Odyſ. ά, 52. vocatur Ἄτλαντος θυγάτηρ.

*vel in* ωνη, *et* ινη] Priſcian. gram. 2. p. 57. *In* ne *autem deſinentia, quae ſunt Iadis linguae, patronymica eiuſdem generis* i *longam habent penultimam, ſi principale non habuerit eandem* i *vocalem, vt* Adreſtos, Adreſtine, Nereus Nerine: *ſi autem principale habuerit* i, o *producta ante* ne *inuenitur, vt* Acriſios Acriſione. Huiuſmodi exempla ſunt haec: Ἠλεκτρυώνη Heſiod. Ἀσπ. 16. 35.: quae ib. 3. vocatur θυγάτηρ Ἠλεκτρύωνος· Ὠκεανίνη Id. Θεογ. 389. 956., h. e. κȣ́ρη Ὠκεανοῖο v. 959., et Ὠκεανȣ̃ θυγάτηρ v. 383.: Ὠκεανίναι ib. 364. Vellerus enim nomina huius, et ſuperioris, generis, quae exempli cauſſa attulit, debet, vel Priſciano d. l., vel Caninio Ἑλλην. p. 228.

*poſſeſſiua — adiectiua*] De his nominibus, eorumque formis variis, etiam apud Latinos, qui hoc quoque in genere fere Graecos ſequuti ſunt, v. Priſcianus gram. 2. p. 57. ſſ.: quo auctore haec nomina ſignificant omnia, quae ſunt in poſſeſſione, h. e. quaecunque ad rem aliquam, perſonamue, quocunque modo pertinent. Graece vocantur κτητικὰ, de quibus ſeparatim ſcripſerat Apollonius Dyſcolus: v. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς· ex quo eius opere ſua petiiſſe videtur Stephanus Byzant. v. Νεῖλος· et Georgius Choeroboſcus: v. Etymol. M. v. γήδιον p. 230. 14.: et ducuntur fere a genitiuo ſingulari nominum ſubſtantiuorum, et appellatiuorum, et proprio-

 rum.

rum. nam etiam ab adiectiuis principalibus nonnullis alia huiuſmodi adiectiua profecta ſunt, vt *μνημονικὸς* [Xen. Cyrop. 5, 3. 17.], et *ἐπιστημονικὸς*, ab adiectivis *μνήμων*, et *ἐπιστήμων*· *γυμνηλὸς* ab adiectiuo *γυμνός*. Genera autem nominum poſſeſſiuorum, atque formae, ratione ſignificationis, numerantur a Graecis grammaticis, et veteribus, et recentioribus, tres. Alia enim ſunt *οἰκειωματικὰ*, *τὰ οἰκείωσιν ἔχοντα πρὸς τόπον*, vt *ὀυράνιος*, *θαλάσσιος*, *ἐπίγειος*, *ἀστεῖος*· alia *συνεκφαντικὰ*, *τὰ συνεκφαίνοντά τι μεθ' ἑαυτῶν*, vt *γραμματικὸς*, *ἀστρονομικὸς*, *τεκτονικὸς*, *ἰατρικὸς*, *ῥητορικός*· alia *μετουσιαστικὰ*, *τὰ μετέχοντα οὐσίας τινὸς*, vt *κέδρινος*, *λίθινος*, *δερμάτινος*, *βρότειος*. Sed, qua *λήξεις*, et *παραλήξεις*, iidem grammatici varias conſtituunt horum adiectiuorum figuras. Alia enim in *κος*, et *ος*, purum deſinere praecipiunt, alia in *ικος*, *εικος*, *υκος*, *αιος*, *ειος*, *οιος*, *ῳος*. Vid. Etymol. M. v. *αἰδοῖος* p. 29. ſ.

*in* *ειος*] Vt, *θήρειος* [Xen. Cyrop. 1, 3. 6.]: *δούλειος* [Herodo. 3, 14.]: *χήνειος*, *βόειος*, [Id. 2, 37.]: *λεόντειος* [Theocr. Idyl. 24, 134.]: *ἵππειος* [Id. 16, 81.]: *κλίνειος* [Demoſth. p. 816. To. 2. Reiſqu.]: *ὄνειος* [Ariſtoph. Equitt. 1396. Plut. V. Demoſth. 27. p. 296. To. 5. Tub.]: *ἄμνειος* [Theocr. Idyl. 24, 61.]: *νέβρειος* [Plut. conuiu. p. 13. To. 8.]: *κύνειος* [Ariſtoph. Equitt. 1396.]: *ἡμιόνειος* [Herodo. 1, 188.]: *ἄρνειος* [orac. apud Herodo. 1, 47.]: *μήλειος* [Herodo. 1, 119.]: *χοίρειος* [Ariſtoph. Rann. 341.]: *ὀρνίθειος* [Id. ib. 513.]: *μελίσσειος* [Luc. 24, 42., h. e. *μελισσότευκτος*· v. Etymol. M. p. 577. 19.: ſic enim ſcribitur nomen in libris grammaticorum, vt Suidae, aliorumque: exempla librorum N. T. ipſa habent *μελισσίου*]: *οἰκεῖος*, *ἀνδρεῖος*, *γυναικεῖος*· *Αἰσώπειος* [Plut. de audd. poett. c. 1. p. 56. To. 7. Tub.]: *Εὐριπίδειος* [Id. V. Pyrrh. c. 14. p. 21. To. 3.]: *Ἡράκλειος* [Plut. de vtilitt. ex hoſtibus capp. p. 289. To. 7.]:

*Ἐπιχάρ-*

Ἐπιχάρμειος [Aeſchin. Socr. 3, 6.]: Ἀναξαγόρειος [Plat. Cratyl. 24.]: Κλεινίειος [Id. Gorg. 37. Find.]. Iones pro ει etiam ηϊ habent, vel literam ι eiiciunt: vt, Φοινικήϊος Herodo. 1, 194.: ἀνθρωπήϊος, pro ἀνθρώπειος, θεήϊος, pro θέειος, h. e. θεῖος· ſed αἴγεος, οἴεος, Id. 5, 58. Sic θέρειος, ὄρειος [Arrian. Indd. p. 543. Blanc.], τέλειος, ἔτειος. Nam adiectiua, quae a primitiuis neutrius generis, quorum penultima vocalem aliam habet, quam α, proficiſcuntur, in ſyllabas ειος deſinunt, ſed ſyllabis ιος terminantur tum, quum in penultima primitiuorum eſt vocalis α, vt ἅγιος, quod a nomine ἅγος ductum eſt. Haec eſt obſeruatio Etymol. M. p. 422. 16. At a nomine ἅρμα ducuntur adiectiua ἁρμάτιος, et ἁρμάτειος· certe vtraque vocabuli ſcriptura in libris optimis extat: ſed ἁρματιαῖος [Theodoret. Θ. ΠΙΙ. ΕΕ. 4. p. 59. 34. Sylb.] originem ſuam debere videtur deminutiuo nomini ἁρμάτιον.

*in ιος*] Vt, χειμέριος [Herodo. 2, 68.]: pro quo etiam χειμερινὸς [Thuc. 6, 24.] dicitur: vt ἑσπέριος, et ἑσπερινός· v. Etymol. M. p. 810. 18.: σκότιος [Eurip. Phoenn. 1566.]: πάτριος, et φράτριος, θαλάσσιος, ξένιος, λόγιος, χρόνιος, πήχυιος [Mimnerm. fragmm. apud Vrſin. p. 226.]: ποτάμιος [Herodo. 2, 71.]: αἴθριος, et ἠέριος, αἰθέριος, ἀςέριος [v. Etymol. M. p. 421. 20.]: ἐγχώριος [Herodo. 4, 78.]: ὄμβριος [Id. 2, 25.]: σωτήριος [Thuc. 7, 64.]: Λαέρτιος, et Λάρτιος [Ariſtoph. Plut. 312. et ibi Hemſterh.]: περιαυχένιος [Herodo. 2, 60.]: Τελαμώνιος [Hom. Il. ή, 283.]: Ποσειδώνιος, vt Ἑλικώνιος, Ῥόδιος, Σάκιος, v. Stephanus Byzant. v. Νεῖλος. Sic παραθαλάσσιος [Herodo. 4, 199.]: e qua forma extitit alia in ιδιος exiens, παραθαλασσίδιος Thuc. 6, 62. et ὑπερθαλασσίδιος Herodo. 4, 199.: vt μοιχίδιος Id. 1, 137. ex μοίχιος, et κερίδιος Id. 1, 135. ex κέριος· νυμφίδιος Eurip. Alceſt. 885. ex νύμφιος· κυμάτιος Herodo.

 8, 118.:

rum. nam etiam ab adiectiuis principalibus nonnullis alia huiuſmodi adiectiua profecta ſunt, vt *μνημονικὸς* [Xen. Cyrop. 5, 3. 17.], et *ἐπιστημονικὸς*, ab adiectivis *μνήμων*, et *ἐπιστήμων*· *γυμνηλὸς* ab adiectiuo *γυμνός*. Genera autem nominum poſſeſſiuorum, atque formae, ratione ſignificationis, numerantur a Graecis grammaticis, et veteribus, et recentioribus, tres. Alia enim ſunt *οἰκειωματικὰ*, *τὰ οἰκείωσιν ἔχοντα πρὸς τόπον*, vt *οὐράνιος*, *θαλάσσιος*, *ἐπίγειος*, *ἀστεῖος*· alia *συνεκφαντικὰ*, *τὰ συνεκφαίνοντά τι μεθ' ἑαυτῶν*, vt *γραμματικὸς*, *ἀστρονομικὸς*, *τεκτονικὸς*, *ἰατρικὸς*, *ῥητορικός*· alia *μετουσιαστικὰ*, *τὰ μετέχοντα οὐσίας τινὸς*, vt *κέδρινος*, *λίθινος*, *δερμάτινος*, *βρότειος*. Sed, qua *λήξεις*, et *παραλήξεις*, iidem grammatici varias conſtituunt horum adiectiuorum figuras. Alia enim in *κος*, et *ος*, purum deſinere praecipiunt, alia in *ικος*, *ειχος*, *υκος*, *αιος*, *ειος*, *οιος*, *ῳος*. Vid. Etymol. M. v. *αἰδοῖος* p. 29. ſ.

*in ειος*] Vt, *θήρειος* [Xen. Cyrop. 1, 3. 6.]: *δούλειος* [Herodo. 3, 14.]: *χήνειος*, *βόειος*, [Id. 2, 37.]: *λεόντειος* [Theocr. Idyl. 24, 134.]: *ἵππειος* [Id. 16, 81.]: *κλίνειος* [Demoſth. p. 816. To. 2. Reiſqu.]: *ὄνειος* [Ariſtoph. Equitt. 1396. Plut. V. Demoſth. 27. p. 296. To. 5. Tub.]: *ἄμνειος* [Theocr. Idyl. 24, 61.]: *νέβρειος* [Plut. conuiu. p. 13. To. 8.]: *κύνειος* [Ariſtoph. Equitt. 1396.]: *ἡμιόνειος* [Herodo. 1, 188.]: *ἄρνειος* [orac. apud Herodo. 1, 47.]: *μήλειος* [Herodo. 1, 119.]: *χοίρειος* [Ariſtoph. Rann. 341.]: *ὀρνίθειος* [Id. ib. 513.]: *μελίσσειος* [Luc. 24, 42., h. e. *μελισσότευκτος*· v. Etymol. M. p. 577. 19.: ſic enim ſcribitur nomen in libris grammaticorum, vt Suidae, aliorumque: exempla librorum N. T. ipſa habent *μελισσίου*]: *οἰκεῖος*, *ἀνδρεῖος*, *γυναικεῖος*· *Αἰσώπειος* [Plut. de audd. poëtt. c. 1. p. 56. To. 7. Tub.]: *Εὐριπίδειος* [Id. V. Pyrrh. c. 14. p. 21. To. 3.]: *Ἡράκλειος* [Plut. de vtilitt. ex hoſtibus capp. p. 289. To. 7.]:

*Ἐπιχάρ-*

Ἐπιχάρμειος [Aeſchin. Socr. 3, 6.]: Ἀναξαγόρειος [Plat. Cratyl. 24.]: Κλεινίειος [Id. Gorg. 37. Find.]. Iones pro ει etiam ηϊ habent, vel literam ι eiiciunt: vt, Φοινικήϊος Herodo. 1, 194.: ἀνθρωπήϊος, pro ἀνθρώπειος, θεήϊος, pro θέειος, h. e. θεῖος· ſed αἴγεος, οἴεος, Id. 5, 58. Sic θέρειος, ὄρειος [Arrian. Indd. p. 543. Blanc.], τέλειος, ἔτειος. Nam adiectiua, quae a primitiuis neutrius generis, quorum penultima vocalem aliam habet, quam α, proficiſcuntur, in ſyllabas ειος deſinunt, ſed ſyllabis ιος terminantur tum, quum in penultima primitiuorum eſt vocalis α, vt ἅγιος, quod a nomine ἅγος ductum eſt. Haec eſt obſeruatio Etymol. M. p. 422. 16. At a nomine ἅρμα ducuntur adiectiua ἁρμάτιος, et ἁρμάτειος· certe vtraque vocabuli ſcriptura in libris optimis extat: ſed ἁρματιαῖος [Theodoret. Θ. ΠΙΙ. ΕΕ. 4. p. 59. 34. Sylb.] originem ſuam debere videtur deminutiuo nomini ἁρμάτιον.

*in* ιος] Vt, χειμέριος [Herodo. 2, 68.]: pro quo etiam χειμερινὸς [Thuc. 6, 24.] dicitur: vt ἑσπέριος, et ἑσπερινός· v. Etymol. M. p. 810. 18.: σκότιος [Eurip. Phoenn. 1566.]: πάτριος, et φράτριος, θαλάσσιος, ξένιος, λόγιος, χρόνιος, πήχυιος [Mimnerm. fragmm. apud Vrſin. p. 226.]: ποτάμιος [Herodo. 2, 71.]: ἀέριος, et ἠέριος, αἰθέριος, ἀστέριος [v. Etymol. M. p. 421. 20.]: ἐγχώριος [Herodo. 4, 78.]: ὄμβριος [Id. 2, 25.]: σωτήριος [Thuc. 7, 64.]: Λαέρτιος, et Λάρτιος [Ariſtoph. Plut. 312. et ibi Hemſterh.]: περιαυχένιος [Herodo. 2, 60.]: Τελαμώνιος [Hom. Il. ή, 283.]: Ποσειδώνιος, vt Ἑλικώνιος, Ῥόδιος, Σάκιος, v. Stephanus Byzant. v. Νεῖλος. Sic παραθαλάσσιος [Herodo. 4, 199.]: e qua forma extitit alia in ιδιος exiens, παραθαλασσίδιος Thuc. 6, 62. et ὑπερθαλασσίδιος Herodo. 4, 199.: vt μοιχίδιος Id. 1, 137. ex μοίχιος, et κερίδιος Id. 1, 135. ex κέριος· νυμφίδιος Eurip. Alceſt. 885. ex νύμφιος· κυμάτιος Herodo.

 8, 118.:

8, 118.: *διαπόντιες* Thuc. 1, 141.: *κρύφιος* Id. 7, 25.: *ὁμοβώμιος* Id. 3, 59.: *ἀρίθμιος* Herodo. 9, 9. Huc pertinere videntur etiam adiectiua *θεῖος*, et *ἀστεῖος*, quas eſſe formas contractas apparet, quae e formis plenis *θέϊος*, et *ἀστέϊος*, extiterint, vt *αἰδοῖος* ex *αἰδόϊος*. Conf. Etymol. M, p. 422. 12.

*in -ινος*] Vt, *ἀμπέλινος* [Herodo. 2, 60.]: *γήϊνος* [Arrian. Indicc. p. 574. Blanc.]: *καλάμινος*, et *πλίνθινος* [Herodo. 5, 101. 7, 61. 65.]: *ἰτέϊνος* [Id. 4, 67.]: *ἀκάνθινος* [Id. 2, 96.]: *ψάμμινος* [Id. 2, 99.]: *πέτρινος* [Id. 2, 8.]: *κυπαρίσσινος* [Thuc. 2, 34.]: *κεράμινος* [Herodo. 4, 70.]: *ὀνύχινος*, et *κρυστάλλινος* Plut. V. Anton. 58. p. 131. To. 6.]: *στάτινος* [Herodo. 2, 47.]: *ξύλινος* [Id. 7, 77.]: *ὠμοβόϊνος* [Id. 7, 76.]: *νάρδινος*, *ἀμαράντινος*, *κρίνινος*, *κρόκινος*, *κινναμώμινος*, Polyb. apud Athen. 10, 10. p. 439. B: *βύβλινος* [Herodo. 8, 20]: *πλίνθινος* [Id. 5, 101.]: *δερμάτινος* [Id. 7, 79.]: *φλόϊνος* [Id. 3, 98.]: *ἅλινος* [Id. 4, 185.]: *ἱμάντινος* [Id. 3, 89.]: *λάϊνος* [Theocr. Idyl. 23, 20. 58.]: *κρανέϊνος* [Herodo. 7, 92.]: *σύκινος* [Theocr. Idyl. 10, 45.]: *μεσαμβρινὸς* [Id. ib. 48.]: *φθινοπωρινὸς* [Hippocr. aphorr. 2, 25.]. Sic, *ταχινὸς*, *πυκινὸς*, *ἀληθινὸς*, *χθεσινὸς*, et *ἐχθεσινός*· quae ducta ſunt ab aduerbiis *τάχα*, *πύκα*, *ἀληθὲς*, *χθὲς*, et *ἐχθές*. v. Etymol. M. p. 58. 52. Sed ab adu. *χθὲς* profectum eſt etiam adi. *χθιζὸς* [Herodo. 1, 126.], vt *πρωϊζὸς* a *πρωΐ*. *Βολίτινος* [Ariſtoph. Rann. 297.]: *ὀστέϊνος*, et *ὄστινος* [Id. Acharnn. 863.]: *ὑάλινος* [Id. ibid. 74.]: *πεδινὸς* [Xen. Cyrop. 1, 6. 19. Velſ.]: *ὀρεινὸς*, h. e. *ὀρεϊνὸς* [Xen. d. l.]: *ἡμερινὸς*, et *νυκτερινὸς* [Xen. d. l. 8, 6. 9.]: *οἰσύϊνος* [Thuc. 4, 9.]: *πίσινος* [Ariſtoph. Equitt. 1168.]: *μολύβδινος* [Plut. p. 288. To. 8.]: *κρίθινος* [Id. p. 86. To. 8.]: *πύρινος*, *ξύλινος*, *δρύϊνος*, *πήλινος*, *βύσσινος*, *ῥόδινος* [Anacr. od. 5, 15. 6, 2.]: *θερινὸς* [Herodo. 1, 202.]: *ἐαρινὸς*, *ὀπωρινός*. Conf.

Portus

Portus Lex. Dor. v. σάρκινος. Sed nonnulla tamen huius generis nomina deſinunt in εινος, vt, φωτεινὸς [Plut. A. ΠΠ. c. 13.]: σκοτεινὸς [Plut. p. 164. To. 7. Tub.]: quod tamen fieri poteſt, vt ex σκοτεϊνὸς contractum ſit: vt ἀλγεινὸς, ἐλεεινὸς· v. Etymol. M. p. 58. 55.

*in* ικος] Vt, Ὁμηρικὸς [Plut. p. 368. To. 7.]: Σωκρατικὸς [Id. ib. p. 361.]: σωματικὸς, ψυχικὸς, ἡγεμονικὸς [Xen. Cyrop. 2, 2. 15.]: βαρβαρικὸς, Κρητικὸς, Καρικὸς [Herodo. 1, 173.]: ᾠδικὸς, ὀρχηστρικὸς [Athen. 12, 8. p. 531. C]: πτωχικὸς [Lycurg. p. 195. To. 2. Reiſqu.]: vt καλοκαγαθικὸς apud Plut. apophthegmm. Laconn. p. 218. To. 8.: Τυῤῥηνικὸς· v. Stephanus Byzant. v. Τυῤῥηνία· Ἀμπρατικὸς [Thuc. 1, 29.]: Φαληρικὸς [Id. 2, 13.]: τεκτονικὸς, μουσικὸς, ἰατρικὸς [Plato Gorg. 14. p. 64. f. Plut. conuiu. 14. p. 34. To. 8.]: οἰκοδομικὸς [Aeſch. Socr. 2, 34]: μαγειρικὸς, κναφικὸς [Plut. p. 309. To. 7. p. 39. To. 8.]: πυκτικὸς [Plato Gorg. 11. p. 55.]: κηδεμονικός· γραφικὸς, διδασκαλικὸς, πιστικὸς [Laërt. 4, 37.]: κλωπικὸς [Plato Cratyl. 23.]: νομικὸς, μανικὸς, τραγῳδικὸς [Ariſtoph. Plut. 424.]: ἐρωτηματικὸς, h. e. ἐρωτᾶν ἱκανὸς [Plato Cratyl. 16.]: ἀστικός· νεανικὸς, παιδικὸς, ἀνδρικὸς, φιλικὸς, βασιλικὸς, ξενικὸς [Herodo. 4, 76.]: ἀρχαϊκός· πατρικὸς [Thuc. 8. 6.]: βοεικὸς [Id. 4, 128.]: πεινατικὸς, et ἐμετικὸς [Plut. p. 161. To. 8.]: ἁλιευτικὸς [Id. p. 162. To. 8]: Πυθαγορικὸς [Id. p. 296. To. 7.]: τιμητικὸς [Id. p. 152. To. 8.]. Hinc κολακικὴ [Plat. Gorg. 57. p. 194.]: ἰατρικὴ, μαντικὴ, ῥητορικὴ, γυμναστικὴ, et alia, abſolute ponuntur, omiſſis ſubſtantiuis. Nonnulla poſt vocalem ι inſertam habent literam α, vt, Ὀλυμπιακός· Καρχηδονιακὸς [Thuc. 7, 50. 57. 58.]. v. Stephanus Byzant. v. Παμφυλία. Euſtath. ad Il. β′ p. 215. 14. Ὥσπερ δὲ διπλοῦται ὁ σχηματισμὸς ἐν τοῖς εἰρημένοις· οὕτω ποτὲ πάσχει καὶ ἐν κτητικοῖς. Δημήτριος

γοῦν

γῦν φαμὲν, καὶ Δημητριακὸς, καὶ Σάμιος, καὶ Σαμιακὸς, καὶ Ῥόδιος, καὶ Ῥοδιακὸς, καὶ ἕτερα ὁμοίως.

*in* ωδης] Haec duo horum nominum genera omiſſa ſunt in exemplis libelli Lipſienſibus primis. Et λιθώδης quidem eſt *lapidoſus* [Herodo. 4, 23.], non *lapideus*. Nam huius formae adiectiua fere multitudinem quandam, et copiam, etiam magnitudinem, ſignificant, vt Latinorum adiectiua, quae in ſyllabas *oſus* deſinunt [v. Gellius 4, 9. Priſcian. gram. 4. p. 115. et Cortius ad Salluſt. Iugurth. 66, 2.]: vt, ποιώδης [Herodo. 4, 47.]: ἀκανθώδης [Id. 1, 126.]: ἀνθεμώδης [Aeſchyl. Prom. 454. Ariſtoph. Rann. 422.]: γαστρώδης [Ariſt. Plut. 560.]: πετρώδης [Marc. 4, 5.]: μυθώδης [Palaeph. fab. 17, 1. Iſocr. ad Nicocl. p. 54. Baſ. a. 1571.]: φλογώδης, ὑλώδης, νιφετώδης, ἰλυώδης, ψαμμώδης· quae omnia leguntur apud Arrian. Indicc. p. 572. 586. 587. Blanc.: ὑδατώδης [Thuc. 3, 23.]: σαρκώδης [Herodo. 3, 29.]: κρεώδης, et τυρώδης [Plut. de ſanit. p. 395. To. 7.]: ἰχθυώδης [Herodo. 7, 109.]: αἱματώδης, χολώδης, καυσώδης [Hippocr. aphorr. 4, 47. 54.]: λοχμώδης [Thuc. 3, 107.]: ὑλώδης [Id. 4, 8.]: ſed σφηκώδης apud Ariſtoph. Plut. 561. idem eſt, quod σφηκοειδής. nam nonnulla huius formae adiectiua ſimilitudinem indicant. v. Salmaſius exercc. Solinn. p. 725. b. Atque communi illa adiectiuorum in ωδης exeuntium poteſtate praedita ſunt adiectiua in ηεις, Dor. αεις, deſinentia: vt, χαιτήεις [Apoll. Rhod. 2, 1241.]: δενδρήεις [Hom. Odyſ. α', 51.]: δενδράεις [Bion. fragmm. p. 242. Vrſin.]: δινήεις [Herodo. V. Hom. 9.]: ποιήεις [Hom. Odyſ. γ', 337.]: ὑλήεις [Ib. ib. α', 186.]: ἠχήεις [Hom. h. in Cybel. 5.]: πετρήεις [Id. h. in Pan. 7.]: πετράεις [Pindar. Olympp. 6, 80.]: δολόεις [Apoll. Rhod. 3, 89.]: μητιόεις [Heſiod. Ἔργ. 51.]: τειχιόεις [Hom. Il. β', 559.]: ἀμπελόεις [Id. ibid. 561.]: ἠμαθόεις [Id. Odyſ. α', 93.]: κητώεις [Id. Il. β', 581.]:

λαχνήεις

λαχνήεις [Id. ib. ώ, 451.]: μελιτόεις [Herodo. 8, 41.]: ἠερόεις [Heſiod. Θεογ. 119.]: νιφόεις [Id. ib. 142.]: ἀστερόεις [Id. ib. 106.]: δακρυόεις [Id. ib. 227.]: ἀνθεμόεις [Id. ib. 878.]: τολμάεις [Pindar. Pythionn. 4, 158.]: τιμάεις [Id. Iſthmm. 4, 11.]: χαλαζάεις [Id. ib. 5, 64.].

*in* ῳος] Euſtathius ad Odyſ. ά p. 1409. 46. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ πατρῷος κτητικὸν μέν ἐστι· γίνεται δὲ ἐκ τῆς πατρὸς γενικῆς, πατρόϊος ὁ τοῦ πατρὸς, ὡς παντὸς παντοῖος· καὶ ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω, πατρῷος, μένοντος τοῦ ἰῶτα ἐν προσγραφῇ· οὕτω δὲ καὶ τὸ μητρῷος γίνεται, καὶ τὸ παππῷος· στιχθέντος δὲ τοῦ προσγεγραμμένου ἰῶτα, καὶ εὐθὺς ἐκφωνηθέντος, γίνεται πατρώϊος, μητρώϊος, παππώϊος· οὕτω καὶ ὁ Μινῷος, Μινώϊος ἐκφωνεῖται. Sic ἡῷος Herodo. 7, 157. Conf. Etymol. M. p. 29. 48.

Sed hae poſſeſſiuorum nominum formae augeri recte poſſunt iſtis. Deſinunt enim 1) in εος, contr. ους, quae ex materia nominum principalium conſtare ſignificantur: vt, ἀργύρεος οῦς, σιδήρεος οῦς [Herodo. 7, 61.]: χρύσεος οῦς, λίνεος οῦς [Id. 7, 63. Xen. Cyrop. 6, 4. 1.]: pro quo apud Aenean Poliorcet. 29. legitur λινοῦς· ἐρέεος οῦς [Plat. Cratyl. 9. Parmenid. 22. ſ.]: ſed pro χύτρεος οῦς Ariſtoph. Nubb. 1476. dixit χυτρεοῦς· χιόνεος [Bion. fragmm. p. 241. Vrſin.]: φλόγεος [Theocr. Idyl. 22, 211.]: εἰρίνεος [Herodo. 1, 195. 2, 81.]: κεράμεος [Plut. conuiu. 12. p. 26. To. 8.]. Huc referri poſſunt adiectiua παρδαλέη ῆ, λεοντέη ῆ [Herodo. 7, 69.], ἀλωπεκέη ῆ [Polyaen. 2, 10. 5.], et alia, quae fere ſimpliciter, omiſſo nomine δορὰ, de pellibus iſtarum beſtiarum, et veſtibus inde confectis, ponuntur. 2) In αιος, vt, λακκαῖος [Theophr. charr. 20, 3.]: ἀγελαῖος [Herodo. 2, 93.]: πηγαῖος, κηπαῖος· θυραῖος [Plut. de audd. philoſſ. 2. p. 131. et diſcr. am. et adul. 37. p. 212. To. 7. Tub.]: Νειλαῖος [v. Stephanus Byzant. v. Νεῖλος]:

κορυ-

κορυφαῖος [Herodo. 3, 82.]: εἰρηναῖος [Id. 2, 68.]: τελευταῖος [Id. 2, 141.]: κρηναῖος [Id. 4, 181.]: χερσαῖος, λιμναῖος [Id. 2, 68.]: ὑλαῖος [Theocr. Idyl. 23, 10.]: λαθραῖος [Andocid. 3. p. 118. To. 2. Reiſqu.]: ἐπιστολιμαῖος [Demoſth. p. 45. To. 1.]: ἐπιπόλαιος [Id. p. 1418. To. 2.]: ἀγοραῖος [Plut. V. Fab. M. 1. p. 434. To. 1.]: σκοταῖος [Xen. Cyrop. 7, 1. 21.], et σκοτιαῖος· quorum hoc a nomine σκοτία, illud a nomine σκότος, ductum eſt: ἀργυραῖος [Herodo. 2, 141.]: βουλαῖος· vt, Ἑστία βουλαία Aeſchiri. p. 228. To. 1. Reiſqu. 3) In ωλος, et ηλος· vt, ψευδωλὸς, φειδωλὸς [Ariſtoph. Plut. 237.]: ἁμαρτωλὸς· v. Georgius Vindicc. N. T. ab Hebrr. p. 34. ſ.: σιγηλὸς [Sophocles Trachinn. 421.]: ὑδρηλὸς [Hom. Odyſ. ί, 133.]: ἀπατηλὸς [Plato Gorg. 20. p. 81. Findeiſ. Plut. V. Brut. 37. p. 262. To. 6. Tub.]: μιμηλὸς [Plut. V. Ageſil. 2. p. 72. To. 4. Clem. Alex. Paedag. 2. p. 166. C Colon.]: σιωπηλὸς [Clem. Alex. ib. p. 172. D. Plut. To. 6. p. 266.]: αἰσχυντηλὸς [Ariſtot. rhet. 2, 12. ſ.]: ὑπνηλὸς [Aeneas Poliorc. 22. p. 436. To. 3. Lipſ.]. Haec enim adiectiva, vel copiam quandam rei, vel facultatem promtam vitii, virtutiſque, eius, quae nominibus, a quibus ducta ſunt, ſignificantur, indicant. Sic etiam στωμύλος *loquax* Aeſchin. Socr. 2, 16. Theocr. Idyl. 5, 79. 4) In ερος, et ηρος· quae adiectiua ipſa habent fere vim cum genere eorum ſuperiore communem, ita tamen, vt etiam aptabilitatem quandam indicent: vt, δροσερὸς [Ariſtoph. Plut. 298.]: δολερὸς [Xen. Cyrop. 1, 6. 19. Velſ.]: νοτερὸς [Thuc. 3, 21.]: σκιερὸς [Hom. Il. λ', 480.]: φοβερὸς [Xen. Cyrop. 3, 3. 10.]: τρυφερός· φθονερὸς [Herodo. 3, 40.]: νοσηρὸς [Xen. Cyrop. 1, 6. 13.]: οἰνηρὸς [Anacr. fragmm. 117. Pindar. Nemeonn. 10, 81. Herodo. 3, 6.]: ἰχθυηρὸς [Ariſtoph. Plut. 815.]: αἱματηρὸς [Eurip. Phoenn. 638.]: ὀχληρὸς [Id. Alceſt. 540.]: καματηρὸς [Herodo. 4, 135.]:

4, 135.]: λυπηρὸς [Arrian. anab. 5. p. 346. Blanc.]: πνιγηρὸς [Id. ib. 6. p. 423. Thuc. 2, 52.]: τυχηρὸς [Plut. A. ΠΠ. 8. p. 21. To. 7. Tub.]: ταριχηρὸς [Arrian. anab. 5. p. 286.]: ὀδυνηρὸς [Eurip. Phoenn. 579.]: πονηρὸς, μοχθηρός. Sed pro ἁλμηρὸς dictum eſſe putatur ἁλμυρὸς [Thuc. 4, 26.]: v. Methodius ap. Etymol. M. p. 69. 19. Alius autem; vel formae, vel poteſtatis, ſunt adiectiua haec: ὀτρηρὸς [Hom. Odyſ. α΄, 109.]: λιμηρὸς [Theocr. Idyl. 10, 57.]: ὑγιηρὸς [Herodo. 2, 187.]: ποδήρης [Plut. de diſcr. am. et adul. 9. p. 169. To. 7. Tub.]: τοξήρης [Eurip. Alceſt. 36.]: ξιφήρης [Eurip. Phoenn. 376.]: φρενήρης [Herodo. 3, 30.]: ἰσχυρὸς, λιγυρὸς [Anacr. od. 43. 14.], et alia. 5) In ιμος· vt, πένθιμος [Eurip. Alceſt. 512.]: ἐδώδιμος [Herodo. 2, 92.]: ἀοίδιμος [Id. 2, 79.]: δόκιμος [Id. 3, 75.]: λόγιμος [Id. 2, 98.]: μάχιμος [Id. 3, 102.]: πλόϊμος [Arrian. anab. 7. p. 477.]: προσδόκιμος [Herodo. 1, 78. 3, 123.]: ὥριμος [Theodoret. Θ. ΠΠ. 3. p. 40. 13.]: πότιμος [Arrian. Indicc. p. 554.]. v. Etymol. M. v. κάλλιμος p. 487. 6) In αλεος· de quorum adiectivorum origine varia v. Suidas v. ῥωγαλέον, et Etymol. M. v. ἀργαλέος, et δειμαλέος· vt, θαῤῥαλέος [Xen. Cyrop. 3, 3. 10.]: ψωραλέος [Id. ib. 1, 4. 11.]: ῥωμαλέος [Aeſchin. Socr. 3, 3]: κερδαλέος. 7) In δανος· vt, ῥιγεδανὸς [Il. τ΄, 325.], a ῥῖγος· μηκεδανὸς a μῆκος· v. Etym. M. p. 703. 53.: pro quo Odyſ. η΄, 106. legitur μακεδνός· v. Etymol. M. p. 28. 47. Etſi enim nonnulla horum adiectiuorum genera proprie dici poſſeſſiua non poſſunt: tamen iis ſinitima habentur, atque nobis vel propterea attingenda viſa ſunt, vt admirabilis ingenii Graecorum ſolertia etiam in formandis huius generis vocabulis plane cognoſceretur: quorum ſane tanta copia eſt, vt multa a nobis ad hunc locum pertinentia aliorum obſeruationi, et diligentiae, relicta eſſe intellegamus ipſi.

Ad

Ad p. 94. *gentilia ſunt — denominationem habent*] Graece vocantur ἐθνικά· quorum formae variae, atque genera, quae fere a ſecundo caſu primitiuorum ſingulari, pluraliue, ducuntur, vt ex omnium, et hiſtoricorum, Herodoti maxime, atque Thucydidis, et geographorum, veterum libris, ita maxime ex Stephani Byzantii opere, quod ipſe inſcripſiſſe τὰ Ἐθνικὰ videtur, et cuius epitome, auctore Hermolao grammatico, quae vulgo inſcribitur, Στεφάνȣ Βυζαντίȣ περὶ πόλεων, καὶ δήμων, ad noſtram peruenit aetatem, cognoſci, collegique, poſſunt. Hanc eorum cognitionem non parum adiuuant notae, et emendationes, quibus librum illum illuſtrarunt Guil. Xylander, Tho. Pinedus, Iac. Gronouius, Lucas Holſtenius, Abrah. Berquelius, Neque vero neglegi debent obſeruationes Ioh. Gauelii, et Hadriani Heringae, in idem opus, quae inſertae extant Obſeruatt. miſcell. nouarr. To. 4. p. 219. — 251. To. 5. p. 437. — 467. To. 7. p. 769. — 796. To. 8. p. 927. — 956. To. 9. p. 961. — 976. De formis Siculis horum nominum expoſuit Berquelius ad Stephanum Byzant. p. 3. n. 15. Atque ad hoc nominum genus referri commode poſſunt ea nomina, quae vocabulis ciuium Athenienſium addita, non patriam indicant, ſed pagum, cui eorum quiſque adſcriptus fuerit: quorum genera varia cognoſci poſſunt e Ioh. Meurſii libro ſingulari de populis Atticae [L. B. a 1616. 4.], eiuſque Paralipomenis, quibus adiectum eſt auctarium ex Itinerario Iac. Sponii [Trai. ad Rhen. a. 1684. 4.]. Nos quidem praecepta Velleri de his nominibus ita confirmabimus exemplis idoneis, vt eorum formis addamus has, quae a nobis in legendis veterum ſcriptis adhuc notatae erant. Nam nonnulla horum nominum non vno, ſed variis modis, terminantur: vt, Βιέννιος, Βιεννήσιος, Βιενναῖος· v. Stephanus Byzant. v. Βίεννος· Λυδὸς [Herodo. 1, 80. Xen. Cyrop. 4, 2. 8.]: Λύδιος [Xen. ib. 6, 21. 8. anab. 1, 5. 6.]:

Λυδαῖος

Λυδαῖος [v. Stephanus Byzant. v. Λυδία]. Sic, Καππάδοξ, Καππάδοκος, Καππαδόκης [Herodo. 1, 72. 7, 72.]: v. Stephanus Byzant. v. Καππαδοκία· Φωκαεὺς, Φωκαιεὺς, Φωκαΐτης· v. Stephanus Byzant. v. Φώκαια· Γόννιος, et Γονατὰς, vel Γοιατᾶς· v. Stephan. Byzant. v. Γόννοι· Ἀχαρνεῖς, et Ἀχαρνηΐδαι [Ariſtoph. Acharnn. 321.]: Ἐμισαῖος, et Ἐμισηνὸς [vid. Etymol. M. v. Ἔμισα p. 334. 52.]: Γαδειραῖοι, Γαδειρανοὶ, Γαδειρῖται, Γαδειρεῖς· v. Proluſſ. Palaephatt. 4, 4. p. 66.: Ἀφυτεὺς, Ἀφυτιεὺς, et Ἀφυτήσιος· v. Stephanus Byzant. v. Ἀφύτη· Ἀμβρακιεὺς, Ἀμβρακιώτης, Ἀμβρακῖνος· v. Stephanus Byzant. v. Ἀμβρακία.

*in* αιος] Vt, Ἀλυζαῖος· v. Stephanus Byzant. v. Ἀλύζεια· vel potius Ἀλυζιαῖος, quum nomen vrbis fuerit Ἀλυζία· v. Strabo 10. p. 459. Caſaub.: Βεροιαῖος [Arrian. Indicc. p. 545. Blanc.]: Ζακανθαῖος [Polyb. 3, 16.]: Θηβαῖος [Herodo. 7, 202.]: Κυμαῖος [Id. 1, 157.]: Κυρηναῖος [Id. 2, 33.]: Γαζαῖος [Polyb. excc. de virtutt. p. 68. To. 3. Lipſ.]: Ἀφιδναῖος [Herodo. 8, 128. v. Stephanus Byzant. v. Ἄφιδνα]: Σμυρναῖος [Herodo. 1, 143.]: Ἐρυθραῖοι [Plut. de virtutt. mulierr. p. 268. To. 8.]: Κερκυραῖοι [Thuc. 1, 29]: Λαρισσαῖος [Plato Menon. 1.]: v. Stephanus Byzant. v. Λάρισσα· Δωδωναῖος [Herodo. 2, 55.]; femininum Δωδωνὶς [Id. 2, 53.]: v. Stephanus Byzant. v. Δωδώνη· Μηθυμναῖος [Herodo. 1, 23.]: Μιτυληναῖος [Id. 1, 27.]: Παρθυαῖος [Arrian. anab. 3. p. 171.]. Feminina terminantur litera α· vt, Κυρηναία [Plut. p. 291. To. 8.]: Φεραία [Id. ib. p. 292.]: Κυμαία [Id. ib. p. 305.]. Poſſeſſiua deſinunt in ικος· vt, Θηβαϊκὸς [Herodo. 2, 91.]: Μηδικὸς [Id. 1, 101.]; Σικελικὸς, Τυρσηνικὸς [Thuc. 4, 24.].

*in* ιος] Vt, Ἀράβιος [Herodo. 1, 131. 2, 141. Xen. Cyrop. 1, 5. 2. 7, 4. 8.: apud quem ib. 1, 1. 4.

etiam altera nominis forma, Ἄραψ, legitur: femininum eſt Ἀράβισσα· v. Stephanus Byzant. v. Ἀραβία: Ἐφέσιος [Herodo. 1, 26.]: Μεσσήνιος [Id. 5, 49.]: Σάμιος [Id. 1, 70.]: Σέςιος [Demoſth. p. 673. 11. To. 1. Reiſqu.]: Ἱεριχέντιος· v. Stephanus Byzant. v. Ἱεριχές· vt a nomine Φλιές ducitur Φλιέντιος· pro quo, et Φλιέσιος dicitur [v. Steph. Byz. v. Φλιές], et Φλιάσιος [Herodo. 8, 72. Plato Phaedon. 1. et ibi nota 6.]: vt Ἀναγυράτιος [Pauſan. 1, 31.]: v. Steph. Byzant. v. Ἀναγυρές· Μιλήσιος [Herodo. 1, 74.]: Ἰθακήσιος [Hom. Il. β', 25.]: Καρχηδόνιοι [Herodo. 3, 17.]: Κλαζομένιος, et Τήϊος [Id. 1, 168.]: nam Τήϊος Ionice dicitur pro Τέϊος, Τεῖος, vt Κήϊος pro Κέϊος, Κεῖος· v. Stephanus Byzant. v. Κῶς, et v. Τέως· Λασόνιοι [Herodo. 7, 77.]: Λακεδαιμόνιοι, Κορίνθιοι, Σικυώνιοι, Ἐπιδαύριοι, Τροιζήνιοι, Πελοποννήσιοι [Id. 8, 72.]: Πάριος [Id. 1, 12.]: Σύριοι [Id. 1, 71.]: Λύκιοι [Id. 1, 28.]: Σόλιοι, et Σαλαμίνιοι [Id. 5, 110.]: Ἄνδριοι, Τήνιοι, Καρύςιοι [Id. 8, 66.]: Ἐπιδαύριοι, Τροιζήνιοι, Λευκάδιοι [Thuc. 1, 27]: Κνίδιοι [Herodo. 3, 138]: Κολοφώνιος [Polyb. 5, 77.]: Συῤῥακέσιος [Plut. conſol. ad Apollon. p. 361. To. 7.]: Βάκτριοι [Xen. Cyrop. 1, 1. 4.]: Λεοντήσιος [Polyb. excc. legatt. 58. p. 659. To. 2.]: Εὐρωπήϊοι [Herodo. 7, 73]: quod extitiſſe videtur ex Εὐρωπῆοι, et hoc ex Εὐρωπαῖοι· Ὑρκάνιος [Xen. Cyrop. 4, 2. 8.]: Κορίνθιος, Σόλιος, Σαλαμίνιος [Arrianus Indicc. p. 546. Blanc.]: Σέσιος [Id. ib. p. 589.]: Προκοννήσιος [Herodo. 4, 138.]. Huc referendum eſſe videtur nomen Ἀργεῖος, quod ortum eſt ex Ἀργέϊος, vt hoc ex genit. Ἄργεος, et nomen Κῷος [Herodo. 9, 76.], quod ex Κώϊος extitit. v. Stephanus Byzant. v. Κῶς, et v. Ἄργος. Feminina horum nominum deſinunt in ᾰ, vel η· vt, Κῴη Herodo. 9, 76.: Αἰθιοπία· v. Stephanus Byzant. v. Αἰθίοψ· Βεβρυκία· v. Stephan. Byzant. v. Βεβρύκων ἔθνη δύο· Χαλκηδονίαι Plut. p. 405.

405. To. 8.: et in $\overline{\alpha\varsigma}$· vt, Ἰλιὰς Herodo. 5, 93.: Ἑλικωνιὰς, Ὀλυμπιὰς, Δηλιάς· v. Stephanus Byzant. v. Ἀβάντις· Λεσβιάς· v. Stephanus Byzant. v. Τροία· Ἀχαιϊάδες [Theocr. Idyl. 24, 74.]: Λαμνιάδες [Pindar. Olympp. 4, 32.]· et in $\overline{\iota\varsigma}$· vt, Σεσὶς [Xenoph. Cyrop. 6, 3. 7.]. Sed nomina gentilia, quae a nominibus, quae ſyllaba $\overline{\iota\varsigma}$ terminat, proficiſcuntur, deſinunt in $\overline{\epsilon\iota o\varsigma}$· vt, Ἀδωνίδειος, Εὐπολίδειος, Ἠλίδειος, pro quo tamen fere Ἠλεῖος dicitur. v. Stephanus Byzant. v. Ἦλις, a quo etiam femininum Ἠλιδὶς laudatur.

*in* $\overline{o\varsigma}$] Non in $\overline{\lambda o\varsigma}$, vt legunt etiam editt. Lipſienſes primae, et Batauae, quum λ non ſit litera aduenticia: vt, Βιθυνοὶ [Herodo. 1, 28.]: Μυσοὶ, Πάμφυλοι, Μαριανδυνοὶ [Id. 1, 28.]: Λυδοὶ [Id. 1, 13.]: Χῖος [Id. 1, 25.]: Λοκροὶ, et Βοιωτοὶ [Id. 8, 66.]: Μυσοὶ [Id. 1, 28.]: Δελφοὶ [Id. 1, 51. 54.]: Ἰνδοὶ [Xen. Cyrop. 1, 1. 4.]: Μάρδος [Herodo. 1, 84.]: Κελτοὶ [Plut. de virtutt. mulierr. p. 270. To. 8.]: Τυῤῥηνοὶ [Id. ib. p. 272.]. Femininum Μηδὶς [Herodo. 1, 91.]: Κολχὶς [Id. 7, 62.]: Δαρδανὶς [Hom. Il. σ΄, 339.]: Τυῤῥηνίδες [Plut. de mulierr. virtt. p. 272. To. 8.]: Αἰτωλὸς, Αἰτωλὴ, et Αἰτωλὶς [Plut. quaeſtſt. Romann. 16. p. 319. To. 8.]. Poſſeſſiua deſinunt in $\overline{\iota\kappa o\varsigma}$· vt, Μολοττικὸς [Ariſt. Theſmophorr. 423.]: Μηδικὸς [Xen. Cyrop. 6, 1. 4.].

*in* $\overline{\nu o\varsigma}$] Vid. Stephanus Byzant. v. Ἄγκυρα· vt, Ῥηγῖνος, Σωρεντῖνος, Ἀκραγαντῖνος· v. Stephanus Byzant. v. Πόλλεντος· Ἀσιανὸς [Arrian. anab. 7. p. 465. Blanc.]: Βακτριανοὶ [Xen. Cyrop. 5, 1. 1.]: Τραλλιανοὶ [Plut. p. 404. To. 8.]: Ἀβυδηνὸς [Herodo. 6, 26.]: Κυζικηνοὶ [Id. 6, 33.]: Λαμψακηνοὶ [Id. 6, 37.]: Ἀβιληνός· v. Stephanus Byzant. v. Ἀβίλη· Σαρδινὸς [Herodo. 1, 22. 80.]: Τιβαρηνοὶ [Id. 7, 78.]: Βερεντεσηνοὶ [Plut. V. Anton. 35. p. 104. To. 6.]: Ἐμεσηνός· v. Stephanus Byzant. et Etymol. M. v. Ἔμισα·

μέγας — μέγιϛος] Euſtath. ad Odyſ. χ′ p. 1930. 44. Οἱ δ᾽ αὐτοὶ καὶ περὶ τȣ̃ μείζων παραδιδόασιν ȣ̈τω· μέγας, ἐξ ȣ̃ πρῶτος τύπος συγκριτικὸς, μεγάτερος· δεύτερος, μεγίων· τρίτος, μέσσων· καὶ Βοιωτικῶς, μέζων· Βοιωτοὶ γὰρ τὰ δύο σίγμα εἰς ζῆτα καὶ αὐτοὶ τρέπȣσι· καὶ ἐπελεύσει τȣ̃ ἰῶτα, μείζων· καὶ ȣ̈τω μὲν αὐτοί. v. Etymol. M. v. μείζων p. 582. 11. v. δίασμα p. 270. 24. v. ἆσσον p. 157. 39. Μείζων Thuc. 7, 28.: accuſ. ſing. femin. μείζω Iſocr. Archid. p. 25. To. 2.: nominat. plur. neutr. μείζω Xen. Apomnn. 3, 5. 3.: dat. plur. μείζοσι Id. ib. 4, 2. 35.: Ion. μέζων Herodo. 2, 68.: μέζοσι Id. 1, 194.: vnde adu. μειζόνως Iſocr. Buſir. p. 165. To. 3.: Ion. μεζόνως Herodo. 2, 49. 161.: et Dor. μέσδων· v. Metarius diall. p. 188.: at μέζονα plur. neutr. fragmm. Pythagg. p. 676. Gal. 2.: μέγιϛος Sophocl. Electr. 75.: neutr. μέγιϛον Herodo. 2, 68. Pind. Olympp. 9, 93.: μέγιϛα Herodo. 1, 194.: μεγίϛοισι Id. 7, 203. Et quanquam grammatici veteres multi formam comparatiui μάσσων μᾶσσον huc retulere, quorum auctoritatem grammaticos recentiores, in his Vellerum, ſequutum eſſe apparet, etiam Bruncquium ad Sophocl. Oed. tyr. 1301.: tamen magis probanda eſt eorum ratio, qui illam comparatiui formam oſtendunt extitiſſe e comparatiuo μακρίων adiectiui μακρὸς, vt ſupra iam docuimus. v. Etymol. M. v. ἆσσον p. 157. 41. Suidas v. μᾶσσον, et μάσσων, atque Euſtathius ad Il. ζ′ p. 630. 19. et ad Odyſ. ϑ′ p. 1584. 14. Μάσσων Pind. Iſthmm. 3, 7.: μᾶσσον Hom. Odyſ. ϑ′, 203.: μάσσονα Pind. Nemm. 2, 36. Sed a poſitiuo inuſitato μεγάλος ductus eſt comparat. μεγαλωτέρα, quo vſus eſt ſchol. Sylburgianus Oppiani ad

 Ἁλιευτ.

'Αλιευτ. 1, 337., et neutr. μεγαλώτερον Etymol. M. v. ὑπέρτατος p. 780. 2., vt ſuperlat. μεγαλότατον [l. μεγαλώτατον] in titulo quodam apud Gruter. Inſcriptt. p. 169. 3. legitur.

πολὺς — πλεῖςος] Scilicet a poſitiuo πλέος ductus eſſe videtur comparat. πλεΐων, contr. πλείων, et ſuperlat. πλέϊςος, contr. πλεῖςος. Conf. Etymol. M. v. πλεῖαι p. 675. Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη Heſiod. Ἔργ. 380. Nam, et Iones, et Attici, pro πλείων dixere πλέων, et πλέον pro πλεῖον· v. Nigrinus ad Olear. de ſtylo N. T. p. 279. et Georgius Hierocrit. 1. p. 180.: vnde adu. πλεόνως Herodo. 3, 34., et πλεονάκις Iſocr. περὶ ἀντιδόσ. p. 397. To. 2.: Attici etiam πλεῖν pro πλέον. v. Ariſtoph. Rann. 763. Auu. 1251. Acharnn. 858. Πλείονος femin. Xen. Apomnn. 4, 2. 7.: Dor. πλήονος Bion Idyl. 5, 3.: accuſ. ſing. πλείω Xen. ib. 4, 8. 8.: nominat. plur. neutr. πλείω Id. ib. 3, 5. 3.: genit. plur. maſc. et femin. πλειόνων Id. Cyrop. 8, 1. 1. Apomnn. 3, 13. 4.: accuſ. maſc. πλείονας Id. Cyrop. 5, 5. 13.: πλείους Id. ib. 2, 1. 2.: fem. Id. Apomnn. 3, 8. 10.: neutr. πλείονα, et πλείω, Id. Cyrop. 4, 5. 15. 6, 1. 11. 8, 3. 16.: τὰ πλεῖςα Id. Oecon. 16, 7.: vnde adu. πλειςάκις Id. ib. 16, 14.

ἐχθρὸς] Etymol. M. v. ἔχθιςος p. 405. 52. Παρὰ τὸ ἐχθρὸς ἐχθρότατος, ἐχθρίων· καὶ ἀποβολῇ τοῦ ρ, ἐχθίων ἔχθιςος· ἢ παρὰ τὸ ἐχθρὸς γίνεται τὸ συγκριτικὸν ἐχθρότερος, τὸ ὑπερθετικὸν ἐχθρότατος· καὶ ὁ δεύτερος τύπος, ἔχθιςος. recte. At dubitari non poteſt, quin comparat. ἐχθίων, et ſuperlat. ἔχθιςος, ducti ſint a poſitiuo obſoleto ἐχθύς. A comparatiuo ἐχθρότερον profectum eſt adu. ἐχθροτέρως Demoſth. p. 61. To. 1. Reiſqu.: vbi alii libri habent ἐχθρωδεςέρως· v. Portus Lex. Pindar. p. 239.: ἐχθρότεραι Simonid. fragmm. p. 163. Vrſin.: ἐχθρότατον Pindar. Nemeonn. 1, 98. Sophocl. Oed. tyr.

1246.

1346. Demoſth. de f. legat. p. 240. To. 2. Tail. p. 237. To. 1. Reiſqu.: ἐχθροτάτοις Herodo. Att. p. 51. To. 8. Reiſqu.: ἐχθροτάτους Ioſeph. Archaeol. 7, 10. 5. Ἐχθίων Aeſchyl. Perſſ. 438.: ἔχθιον Sophocl. Electr. 1050.: ἐχθίονι Id. Philoct. 684.: ἐχθίω Id. Aiac. 1074.: ἐχθίονα Thuc. 4, 86.: ἐχθίονες Xen. Cyrop. 4, 5. 11.: ἐχθίοσιν Aeſchyl. Suppll. 520.: ἐχθίους Iſocr. Plataic. p. 355. To. 2.: ἔχθιστος Hom. Il. ἑ, 890.: ἐχθίστη Herodo. 9, 16. Batrachom. 113.: ἔχθιστον Ariſtoph. Pac. 527. Herodo. 2, 169.: ἔχθιστοι Aeſchyl. Agam. 659.: ἐχθίστων Herodo. 4, 65.: ἔχθιστα Id. 6, 121.: ἐχθίστοις Thuc. 3, 59.: ἐχθίστοισι Pind. Pythionn. 4, 176.: ἐχθίστους Thuc. 5, 27. Moeris: Ἔχθιστος, Ἀττικῶς· ἐχθρότατος, Ἑλληνικῶς. Thomas Magiſter: Ἔχθιστος, οὐκ ἐχθρότατος.

αἰσχρὸς — αἴσχιστος] Herodianus Philet. p. 436. Θᾶττον ἐρεῖς, οὐχὶ τάχιον, καὶ βραδύτερον, οὐχὶ βράδιον, καὶ αἴσχιον, οὐχὶ αἰσχρότερον, καὶ κάκιον ὁμοίως. Etymol. M. v. αἴσχιστος p. 39. 57. Αἰσχρὸς, αἰσχρότατος, αἰσχρίων· καὶ ἀποβολῇ τοῦ ρ, αἰσχίων, καὶ αἴσχιστος, ὥσπερ μακρὸς, μακρότατος, μακρίων, καὶ μακίων· καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς η, μηκίων μήκιστος, μήκιστον, καὶ κράτιστον. At quid opus fit his ambagibus, non videmus; immo comparatiuus αἰσχίων, et ſuperlat. αἴσχιστος, vix dubitari poteſt, quin ducti ſint a poſitiuo obſoleto αἰσχὺς, cuius memoriam ſeruauit deminutiuum αἴσχυλος. Αἰσχροτέραις habet Paeanius, Eutropii metaphraſtes, 4, 8. 1., et αἰσχρότατα 4, 11. 2, Αἰσχίων Ariſt. Eccleſſ. 1070.: αἴσχιον Plato Gorg. 29. p. 111. Ariſtoph. Plut. 590.: accuſ. ſing. maſc. αἰσχίονα Herodo. 4, 144.: femin. αἰσχίω Iſocr. Panathen. p. 234. To. 2.: femin. αἰσχίονας Herodo. 1, 196.: αἰσχίους Ariſt. Eccleſſ. 621.: αἰσχίω Plato Cratyl. 39.: αἴσχιστος Herodo. 1, 199.: neutr. αἴσχιστον Id. 1, 138.: αἰσχίστης Id. 6, 61.: αἰσχίστη Plato Gorg. 33. p. 119.: αἰσχίστῳ Herodo. 3, 155. 9, 17.:

αἴσχιϛα Ariſtoph. Veſpp. 783.: αἰσχίϛων Herodi. 1, 13 16.: dual. genit. neutr. αἰσχίϛοιν Iſocr. Buſir. p. 174. To. 2.

οἰκτρὸς — οἴκτιϛος] Οἰκτρότερα Hom. Odyſ. λ', 380. Herodo. 7, 46.: οἰκτροτάτην Hom. ib. 420.: οἰκτρότατον Zoſim. 3, 7. 9. Sed οἴκτιϛος Aelian. H. AA. 4, 52.: οἴκτιϛον Hom. Il. χ', 76. Zoſim. 4, 29. 2.: οἰκτίϛῳ Hom. Odyſ. ώ, 34.: οἴκτιϛα Themiſt. ep. 4. p. 25. Hic vero ſuperlatiuus ductus eſſe videtur ab obſoleto adiectiuo οἰκτύς.

μακρὸς — μήκιϛος] Etymol. M. p. 584. Μήκιϛος· παρὰ τὸ μακρὸς μακρίων, καὶ μακίων· καὶ τροπῇ μηκίων· ὅθεν τὸ μήκιϛος. Immo vtrumque gradum profectum eſſe putamus ab vſitato olim poſitiuo μηκύς. Μακροτέρη Herodo. 2, 158.: maſc. μακροτέρυ Aeſchin. p. 440. To. 1. Reiſqu.: μακροτέρης Herodo. 1, 19.: dat. maſc. μακροτέρῳ Pind. Pythionn. 11, 79.: accuſ. maſc. μακρότερον Hom. Odyſ. θ', 20.: μακροτέραν Pind. Iſthmm. 4, 21.: neutr. μακρότερον Herodo. 1, 32.: μακρότερα Plato Cratyl. 27.: genit. neutr. μακροτέρων Iſocr. Paneg. p. 174. To. 1.: accuſ. maſc. μακρότατον Herodo. 3, 22.: neutr. μακρότατον Thuc. 1, 1.; τὰ μακρότατα Herodo. 2, 32.: adu. μακροτάτω Arrian. anab. 7. p. 488. Sed μήκιϛον Xen. Cyrop. 4, 5. 12. Zoſim. 4, 38. 4.: μακίϛων Sophocl. Oed. tyr. 1301.: μηκίϛυς Aelian. H. AA. 4, 46.

ῥᾴδιος — ῥᾷϛος] Ῥᾷον Xen. Oecon. 20, 13.: maſc. ῥᾴονι Demoſth. p. 11. To. 1. Reiſq.: accuſ. maſc. ῥᾴω Thuc. 5, 36.: femin. Id. 6, 20.: accuſ. pl. neutr. ῥᾴω Xen. Apomnn. 3, 12, 3.: ῥᾴϛη Id. Oecon. 6, 9.: ῥήϊϛα Hippocr. aphorr. 1, 18.: ῥάϊϛα Theocr. Idyl. 11, 7.: ῥᾷϛοι Thuc. 4, 10.: ῥάϛυς Iſocr. ep. 10. p. 29. Matth. Sed ῥάϊτερον Pind. Olympp. 8, 78.: ῥηΐτερον Theocr. Idyl. 25, 191.: ῥηϊτέρην Hippocr.

pocr. περὶ γον. 7. p. 128. To. 1.: ῥᾳδιέϛερόν Herodo. Att. p. 37. To. 8.: vbi v. Reiſquius: ῥᾳδιεϛέραν Polyb. exce. de virtutt. p. 64. To. 3.: ſed comparat. ῥᾳδιώτερος ex Hyperide laudat Pollux 5, 107. Phrynichus eclogg. p. 178. Ῥᾳότερον μὴ λέγε, ἀλλὰ ῥᾷον. Συγκριτικὸν γὰρ συγκριτικȣ̃ ὀκ ἔϛιν, οἷον εἴ τις λέγοι κρεισσότερον. add. Euſtath. ad Il. β' p. 215. 7. Qua quidem de comparatiuorum forma iam ſupra expoſitum eſt.

ὀλίγος — ὀλίγιϛος] Hoc adiectiuum in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deeſt. Scilicet e comparatiuo ὀλιγίων, cuius vſum ſuperlatiuus ὀλίγιϛος loquitur, extitit ὀλίσσων, pro quo Aeoles, mutato duplici σ in ζ, dixere ὀλίζων· vid. Etymol. M. v. δίασμα p. 270. 24. et ſchol. Ven. Hom. ad Il. σ', 519.: quam eius formam retinuere caeteri Graeci. Ὀλίζωνες Nicand. Therr. 123.: ὀλίζονα Id. ib. 372.: ὀλίγιϛος Hom. Il. τ', 223.: ὀλιγίϛη Heſiod. Ἔργ. 723.: ὀλιγίϛȣ Demoſth. p. 1069. To. 2. Reiſqu.: accuſ. maſc. ὀλίγιϛον Plato Phileb. 41.; neutr. ὀλίγιϛον Hippocr. περὶ ἀρχ. 2. p. 113. To. 1.: ὀλίγιϛοι Ariſt. Rann. 115.: dat. plur. neutr. ὀλιγίϛοις Id. Plut. 628.: ὀλίγιϛα Plato Gorg. 65. p. 213. Caeterum adiectiuum καλὸς huc pertinere non videtur: et reliqua quum iam ſupra ab ipſo Vellero poſita in medio fuerint, atque adeo recte in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, hic praetermiſſa: ſane non apparet, quare ea repeti hoc loco iuſſerit is, cuius curae editio libelli Velleriani A. C. 1749. mandata fuerat a librario.

*gradus quidem formantur — partibus*] Vellerus etiam hoc in genere duces ſequutus eſt grammaticos veteres. Etymol. M. v. φέρτερον p. 791. 2. Γίνεται δὲ τὰ συγκριτικὰ ἀπὸ ὀνόματος, ὡς τὸ ὀξὺς, ὀξύτερος· ἀπὸ ῥήματος, ὡς φέρω, φέρτερος· ἀπὸ ἐπιῤῥήματος, ὡς πάλαι, παλαίτερος. Sed vereor, ne non-

 nulli

nulli quidem iſtorum graduum ducti ſint ab obſoletis adiectiuis: quorum formas quis audeat inueſtigare certo, et definire, in hac tanta rerum antiquiſſimarum obſcuritate? et in hac tanta ingenii humani inconſtantia?

*τομώτερος*] Hoc exemplum in editt. Lipſſ. primis non extat. Et recte quidem. Neque enim dubitari poteſt, quin comparatiuus *τομώτερος*, qui legitur etiam apud Phocyl. 117., et ſuperlat. *τομώτατος*, quo vſus eſt Sophocles Aiac. 813., ducti ſint a poſitiuo *τομός*· cuius adiectiui vſum loquuntur nomina *ἀμφίτομος* Aeſchyl. Agam. 1505., et *σύντομος*· vnde comparat. *συντομώτερος* Herodo. 2, 223., et adu. ſuperlat. *ξυντομωτάτως* Sophocl. Oed. Col. 1620.

*κέρδος* — *κέρδιστος*] Etymol. M. v. *κέρδιον* p. 505, 44. Κέρδιον, βέλτιον, κρεῖσσον· ἀπὸ τοῦ κέρδους. Ἔστι δὲ οὐδέτερον· τὸ ἀρσενικὸν, κερδίων· τρίτον τύπον οὐκ ἔχει· τὸ δὲ οὐδέτερον ὁμοφωνεῖ τῇ κλητικῇ τοῦ ἀρσενικοῦ, ὦ κέρδιον. Κερδίων femin. Pindar. Nemeonn. 5, 30.: *κέρδιον* Hom. Il. γ', 41. Theocr. Idyl. 25, 34. orac. apud Herodo. 6, 86. 3.: *κέρδιστος* Hom. Il. ζ', 153.: neutr. *κέρδιστον* Aeſchyl. Prom. 385. Sophocl. Aiac. 755. Etiam hi gradus videri poſſint ducti eſſe ab obſoleto poſitiuo *κερδύς*.

*κλέπτης* — *κλεπτίστατος*] Philoxenus apud Etymol. M. p. 110, 27. Ἔδει δὲ καὶ παρὰ τὸ κλέπτης, καὶ ψευδὴς, μηδ᾽ ὅλως σχηματίζεσθαι συγκριτικόν· οἱ δὲ Ἀττικοὶ κλεπτίστατον, καὶ ψευδίστατον, εἰπόντες συγκριτικὸν, ἥμαρτον· ἀντὶ γὰρ τοῦ κλεπτέστατον, καὶ ψευδέστατον. Etymol. M. v. *τέρπνιστος* p. 753. 25. *κλέπτης*, *κλέπτιστος*, *κλεπτίστατος*. Κλεπτίστατον legitur apud Ariſtoph. Plut. 27. et *κλεπτίστατος* apud Alciphron. 3. ep. 20. p. 322.

*βασιλεὺς* — *βασιλεύτατος*] Nomin. maſc. *βασιλεύτερος* Hom. Il. ί, 160, et Tyrt. eleg. 1, 7. p. 812. Vrſin.: neutr. *βασιλεύτερον* Hom. Odyſſ. ό, 532.:

*βασι-*

βασιλεύτατος Id. Il. ί, 69. Dion. Perieg. 353.: neutr. βασιλεύτατον Dion. Perieg. 1056. et Heſiodus apud Plut. V. Theſ. 16. p. 15. To. 1. Tub. Euſtath. ad Odyſ. ά p. 1427. 15. Γίνεται δὲ τὸ δεύτατον ἀπὸ τȣ̃ δεύω — ἐξ ȣ̃ συγκριτικὸν δεύτερος — καὶ ὑπερθετικὸν δεύτατος — ὥσπερ βασιλεύτερος, βασιλεύτατος. Caeterum locus Virgilii in editt. Lipſſ. primis deeſt. Et ſane Virgilii menti obuerſatum eſſe nomen Homericum εὐρυκρείων, quis non videt?

ἔλεγχος — ἐλέγχιστος] Ἐλέγχιστον Hom. Il. β΄, 285. ρ΄, 26.: ἐλέγχιστε Odyſ. κ΄, 72. Hic vero ſuperlatiuus ductus eſſe videtur a poſitiuo ἐλεγχὺς, vel ἐλεγχὴς. Certe ἐλεγχέες legitur apud Hom. Il. δ΄, 242. ώ, 239. v. Euſtath. ad Il. δ΄ p. 435. 38.

ἄλγος — ἄλγιστος] Hoc exemplo carent editt. Lipſſ. primae, et Batauae. Ἄλγιον Hom. Odyſ. π΄, 147. Iſocr. Helen. encom. p. 130. To. 2.: ἀλγίονα Sophocl. Antigon. 63.: ἀλγίω Aeſchyl. Prom. 933.: ἀλγίστη Hom. Il. ψ΄, 655.: ἄλγιστον Sophocl. Trachinn. 8. Ariſtoph. Veſpp. 1112.: ἀλγίστω Lyſias 6. p. 190. To. 1. Reiſqu.: ἄλγιστα Sophocl. Oed. tyr. 675.: τὰ ἄλγιστα Thuc. 7, 68. At hi quoque gradus profecti eſſe videntur a poſitiuo ἀλγὺς, vel ἀλγής· cuius vſus veſtigia reſtant in vocabulis ἀναλγὴς, περιαλγὴς, ἀλγεινὸς, ἀλγύνω. Atque huc referendi eſſe videntur comparatiui, et ſuperlatiui, iſti, Ῥιγίων, neutr. ῥίγιον, Hom. Il. ά, 325.: ῥίγιστα Id. Il. έ, 873.: ῥίγιστον Nicand. Therr. 64.: qui verſus laudatur a Plut. de diſcr. adul. et am. 16. p. 177. To. 7.: κήδιστος Hom. Odyſ. κ΄, 225.: κήδιστοι Il. ί, 638.: κύδιστε Il. β΄, 412.: etſi non ignoro, veteres iam grammaticos praecepiſſe, eos a nominibus ῥῖγος, κῆδος, κῦδος, ductos eſſe. v. Etymol. M. v. ῥίγησε p. 704. 5. v. κηδεστοὶ p. 510. 6. v. κῦδος p. 543. 29.

κάλλος — κάλλιστος] Etiam hoc vocabulum in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deeſt. Nam etſi vete-

res

res iam grammatici nonnulli comparat. καλλίων, et ſuperlat. κάλλιςος, extitiſſe e nomine κάλλος praecepere: v. Etymol. M. v. καλλίων p. 487. et v. κηδεςοι p. 510.: tamen in eodem Etymologico v. τέρπνιςος p. 753. 25. καλλίων, et κάλλιςος, traditur pro καλίων, et κάλιςος, dici, ita, vt hi gradus ſint ab adiectiuo καλὸς profecti. His vero ambagibus quid opus eſt? Gradus enim iſti originem ſuam obſoleto potius poſitiuo καλλὺς, vel καλλὴς, debuiſſe videntur. Καλλίων Xen. Apomnn. 4, 8. 3. Id. Oecon. 7, 30.: gen. maſc. καλλίονος Herodo. 4, 144.: accuſ. ſing. femin. καλλίονα Demoſth. p. 204. To. 1. Reiſqu.: neutr. plur. καλλίω Iſocr. Archid. p. 47. To. 2.: neutr. καλλιόνων Iſocr. ep. 3. p. 457. To. 1.: et καλλίοσι Id. ad Phil. p. 256. To. 1.: ſed fem. καλλίοσι Id. Panath. p. 272. To. 2.: accuſ. plur. fem. καλλίους Xen. Apomnn. 3, 12. 4.: κάλλιςος Hom. Il. β', 673.: καλλίςης Herodo. 6, 61.: καλλίςου Xen. ib. 4, 8. 3.: καλλίςην Id. ib. 4, 8. 5.: fem. καλλίςων Id. ib. 3, 12. 4.: κάλλιςα Id. ib. 3, 3. 11.

*ſic ab ὕψος — altiſſimus*] Haec quoque verba in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deſunt. Etymol. M. p. 786. 14. Ὕψιςος· παρὰ τὸ ὕψος ὑψίων, ὕψιςος, γίνεται. Ὕψιςον Pind. Pythionn. 1, 195.: ἐν τοῖς ὑψίςοις Matth. 21, 9.: ſed comparat. ὑψίτερα legitur apud Theocr. Idyl. 8, 46.: qui tamen fieri pot. eſt, vt ductus ſit ab adu. ὕψι. Certe ſuperlat. ὑψοτάτω adu. ὑψοῦ legitur in fragmm. Bacchylidae p. 201. Vrſin.

ἀοιδὸς — ἀοιδότατος] Hoc nomen recte deeſt in editt. Lipſſ. primis. Eſt enim proprie adiectiuum, *vocalem*, *canorum*, ſignificans. Ἀοιδοτάτη Phanocles eleg. 21. Theocr. Idyl. 12, 7.: ἀοιδοτάταν Eurip. Hel. 1115.: ἀοιδότατοι Callim. h. in Del. 252. Sic, κιθαραοιδότατον Ariſtoph. Veſpp. 1269.

θεώτερος]

θεώτερος] Euſtath. ad Hom. d. l. p. 1735. 59. Τὸ δὲ θεώτεροι πρωτότυπόν ἐστι τοῦ θειότεραι. Sic, ἀθεωτέρους Lyſias 6. p. 230. To. 1. Reiſqu.

*et alia plura*] Hoc in numero eſt κύντερον Hom. Odyſ. η, 216.: quem comparatiuum grammaticorum veterum nonnulli praecipiunt ductum eſſe a genitiuo nominis κύων, ita, vt κύντερος ex κυνώτερος coierit. Etymol. M. v. κρατερὸς p. 535. 36. τὸ κύντερος ἐκ τῆς κυνὸς κυνότερος [l. κυνώτερος], καὶ συγκοπῇ κύντερος. Idem p. 546. 1. Κύντερον· παρὰ τὴν κυνὸς γενικὴν, γίνεται κυνότερον [l. κυνώτερον], καὶ συγκοπῇ κύντερον — ὡς μέλαν μελανότερον [l. μελανώτερον], καὶ μελάντερον. Alii vero rectius κύντερον contractum eſſe tradere videntur ex κυνεώτερον, cuius poſitiuo Homerus multis in locis vſus eſt. v. Euſtathius ad Odyſ. η p. 1577. 62. Ὁπλότερος Hom. Odyſ. φ', 370.: ὁπλότεροι Herodo. V. Hom. 14. Hom. Il. β', 707.: ὁπλοτέρων Il. γ', 108.: ὁπλοτεράων Il. ξ', 267. 275.: ὁπλοτέροισι Pind. Pythionn. 6, 40.: ὁπλοτέροις Theocr. Idyl. 16, 46.: ὁπλοτέρω Id. Idyl. 22, 176.: ὁπλότατος Heſiod. Θεογ. 137.: ὁπλότατον Id. ib. 478.: ὁπλοτάτου Pind. Iſthmm. 6, 9.: ὁπλοτάτη Hom. Odyſ. γ', 465.: ὁπλοτάτην Odyſ. λ', 282. Nam hos quoque gradus grammatici veteres ſibi perſuaſerant ductos eſſe a nomine ὅπλον· vid. Etymol. M. v. ὁπλότεροι p. 628. 28.: quos tamen verius dixeris ab obſoleto adiectiuo ὁπλὸς profectos eſſe. Et quia nomina αἴτιος, δοῦλος, κύριος, ponuntur etiam vt adiectiua: non mirandum eſt, ſcriptores optimos vſos eſſe eorum, et comparatiuis, et ſuperlatiuis. Αἰτιώτερος Lyſi. 13. p. 481. To. 1. Reiſqu.: αἰτιώτερον Iſocr. Buſir. p. 170. To. 2.: αἰτιωτέρους Thuc. 2, 20.: αἰτιώτατος Herodo. 3, 52. Thuc. 1, 74.: αἰτιώτατον Herodo. 3, 52.: αἰτιωτάτους Id. 6, 50.: δουλοτέρην Herodo. 7, 7.: κυριώτερος Demoſth. p. 725. To. 1. Reiſqu.: κυριωτέρους Id. p. 1234. To. 2.:

κυριώ-

κυριώτατοι Thuc. 5, 53.: κυριωτάτους Id. 2, 62. Sic, διαβολώτατον Ariſt. Equitt. 45.: τῶν ἑταιροτάτων Dio Caſ. 47, 6. p. 494. To. 1. Reim.: τοῖς ἑαυτοῦ ἑταιροτάτοις Plato Gorg. 42. p. 152.: ἑταιροτάτους Id. Phaedon. 39.: v. Thomas Mag. v. ἑταιρότερος· βαρβαρώτατον Ariſtoph. Auu. 1572. Sed magis huc referenda eſſe videntur nomina δῆμος; comparat. δημότερος· v. Stephanus Byzant. v. δῆμος, et ibi Bercquelius p. 299.: γαστρὶς· comparat. γαστρίστερος Plato comicus apud Polluc. 2, 175.: χρυσός: comparat. χρυσοτέρα Sappho apud Demetr. Phaler. περὶ Ἑρμην. ſ. 127. et 163. Sic πλατάνιστος apud Hom. Il. β'. 307. 310. Philoxenus in. Etymol. M. v. χαρίεις p. 807. 7. tradit eſſe ὑπερθετικὸν, vt κάκιστος, ἄριστος, a nomine πλάτανος profectum: qui idem eodem loco ὀρέστερος apud Hom. Il. χ', 93. Odyſſ. κ', 212. docet dictum eſſe, per ſyncopen, pro ὀρηέστερος, neque a nomine ὄρος ductum. At etiam a nomine ἀγρὸς ductus eſt comparat. ἀγρότερος, qui legitur, et apud Homerum Il. β', 852. λ', 293. μ', 146. φ', 471. aliiſque in locis, et apud Pind. Pythionn. 3, 8. atque Theocr. Idyl. 8, 58. 25, 135. v. Philo apud Etymol. M. v. ἀγροτέρη p. 13, 32. Sed alii tamen grammatici ἀγρότερος, per ſyncopen, ex ἀγριώτερος extitiſſe praeceperunt. v. Etymol. M. p. 13. 39. Sic ſuperlat. ὑετώτατοι, qui apud Herodo. 2, 25. legitur, dubitari vix poteſt, quin ductus ſit a nomine ὑετὸς, neque ab adiectiuo ὑέτιος, eiecta litera ι. Nam Latini quoque poëtae, comici maxime, et in his Plautus, exemplo Graecorum, ſubſtantiua nomina interdum parere iuſſerunt, riſum fere captantes, ſuperlatiuos: vt, *oculiſſimus* Plaut. Curcul. 1, 2. 28. Conf. Vechnerus Hellenol. 1, 1. 5.

αὐτὸς, αὐτότατος — *fictum putamus*] *Ipſiſſimus* legitur apud Plaut. Trinum. 4, 2. 146. vid. Priſcian. gram. 3. p. 71. Baſil. Haec vero, vt alia multa,

ſumta

ſumta ſunt e Caninii Ἑλληνισμῷ p. 227. Cren. Vti hoc pronominis αὐτὸς ſuperlatiuo Ariſtophanes Plutum iuſſit in fabula huius nominis v. 83.: ad quem locum ſchol. vet. haec notauit: ἡ αὐτότατος ἀντωνυμία πέπαικται κωμικῶς. Τὰ γὰρ ἀόριςα τῶν πραγμάτων [Hemſterh. coni. τῶν προσώπων], ἀνεπίτατα. Εἰ ἐν ἡ ἀντωνυμία ἐπὶ ἐσίας παραλαμβάνεται, κατὰ τἒτο ἐπίτασιν ἐ δέχεται, ὡς τὰ ἄλλα μέρη [haec verba in Lexicon ſuum tranſtulit Suidas v. αὐτότατος]. Ἄλλως· ἔπαιξεν αὐτότατος ὑπερθετικῶς εἰπὼν, ἵνα δείξῃ, ὡς ἀληθῶς αὐτός ἐςιν· ὥσπερ καὶ τὸ μονώτατος [Plut. v. 182. Equitt. 351. v. Tho. M. v. μονώτατος, et ex eo Phauorinus v. μόνος πάντων]. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν μονώτατος εὕρηται ἐν τοῖς λογοποιοῖς, τὸ δὲ αὐτότατος, ἔ. recte. Nam, praeter Theocritum Idyl. 15, 137., et ſeptuaginta interpretes V. T. [Iudd. 3, 20. 2. Regg. 10, 23. 17, 18.], vſus ſuperlatiuo μονώτατος eſt, auctore ſchol. Ariſt. ad Plut. 182., Lycurgus contra Leocrat. p. 168. Hauptm. p. 197. To. 2. Reiſqu., et poſt Lycurgum Hyperides. v. Hermogenes περὶ ἰδεῶν 2, 11. p. 492. Laurent. Neutr. μονώτατον legitur apud Herodo. V. Hom. 37. Helladius Chreſtom. p. 18. Meurſ. Ὅτι τὸ μόνος ἐπίτασιν φασὶ μὴ λαμβάνειν οἱ Γραμματικοί· διὸ μονώτατος σόλοικον ἡγἒνται· Ἀριςοφάνης δὲ ὅμως κέχρηται τῇ φωνῇ· vbi v. Meurſius p. 66., itemque Neocorus, et Berglerus, ad Ariſtoph. Plut. 182.: Caſaubonus ad Ariſt. Equitt. 351., interpp. Thomae Mag. p. 620., et Valquenarius ad Theocr. Adoniazz. p. 410. Caeterum etiam comparatiuo αὐτότερος vſus erat Epicharmus ἐν Ἀλκυόνι, auctore Apollonio in opuſculo περὶ Ἀντωνυμίας apud Valquenar. ad Theocr. Adoniazz. p. 207.

δεύω — δεύτατος] Δεύτεροι Hom. Odyſ. ψ', 248. 498.: δεύτατος Odyſ. α', 286.: δεύτατον Odyſ. ψ', 342.: δεύτατα κρεῶν Pind. Olympp. 1, 80.: vbi v. Hei-

v. Heinius. Etymol. M. v. δεύτατος p. 259. 23. Δεύτατος· παρὰ τὸ δεύω, καὶ δεύομαι, τὸ λείπομαι, γίνεται δεύτερος, καὶ δεύτατος, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ φέρω, φέρτερος, καὶ φέρτατος· ἵν᾽ ᾖ λειπόμενος τινὸς τῇ τάξει, καὶ μὴ πρῶτος. Euſtath. ad Odyſ. ά p. 1417. 55. Γίνεται δὲ τὸ δεύτατος ἀπὸ τοῦ δεύω. τὸ ἐλλείπω· ἐξ οὗ συγκριτικὸν, δεύτερος, ὁ ἐλλιπέστερος, καὶ ὑπερθετικὸν, δεύτατος, ὁ ἐλλιπέστατος. add. ſchol. rec. Pindari ad Olympp. 1, 80. p. 133. a Steph. Sunt enim, qui δεύτερος, et δεύτατος, contracta eſſe putent ex δευτότερος, et δευτότατος, qui gradus ducti ſint ab obſoleto poſitiuo δευτός.

φέρω — φέρτιστος] Φέρτερος Hom. Il. ά, 186.: φερτέρη Il. φ', 488.: φέρτερον neutr. Il. ά, 169.: maſc. φέρτερον Pind. Olympp. 1, 12.: φερτέρου Id. Pythionn. 1, 68.: φέρτεροι Hom. Il. β', 201.: φέρτεραι Il. ψ', 461.: φέρτατος Il. ά, 581. Heſiod. Θεογ. 49.: φερτάτων Pind. Olympp. 9, 82. Pythionn. 5, 63.: neutr. φέρτατον Callim. h. in Iou. 70.: φέρτατε Il. π', 21. Heſiod. Ἀσπ. 330.: προφερτάτῳ Sophocl. Oed. Col. 1574.: ſed φέριστον Hom. Il. ί, 110.: φέριστε Il. ό, 247. Aeſchyl. S. c. Thebb. 39. Xenophanes apud Athen. 2, 13. p. 54. E: φέριστοι Il. ψ', 409. et Empedocles apud Clem. Alex. Strom. 4. p. 534. D. Heſychius: Φέρτερον· κρεῖσσον· ἀπὸ τοῦ φέρειν. Etymol. M. v. φέρτερον p. 791. 2. γίνεται δὲ τὰ συγκριτικὰ — ἀπὸ ῥήματος, ὡς φέρω φέρτερος. add. idem v. δεύτατος p. 259. 24. Sed idem grammaticus v. μακάρτατος p. 573. quum docuiſſet, comparatiuos duci ab adiectiuis in ων, vel in ας, vel in υς, vel in ους, exeuntibus, et reprehendiſſet Sophronem ob vſum ſuperlat. φωρότατος· addit cauſſam reprehenſionis hanc: Οὐδὲ γὰρ τὰ εἰς ω λήγοντα ῥήματα παρασχηματίζει συγκριτικὸν, καὶ ὑπερθετικόν. Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες μακάρτατος. Τὸ μέντοι φέρτερος φέρτατος, βέλτερος βέλτατος, ὕστερος

ὕστατος,

ὕϛατος, οὐκ οἴονται εἶναι συγκριτικὰ [v. Philoxenus apud Etymol. M. v. βέλτερος p. 195. 11.], ἢ ὑπερθετικὰ, συμπεπτωκέναι δὲ τοῖς συγκριτικοῖς. Sed totam iſtam obſeruationem conditor Etymologici debet Philemoni, cuius verba e cod. MS., vt nondum edita, vulgauit Villoiſonius in notis ad Apollonii Lex. Homer. p. 822. ſ. Et quanquam non ignoro, ipſum Priſcianum 3. p. 72. comparatiuos *deterior*, et *potior*, praecipere ductos eſſe a verbis *detero deteris*, *potior potiris*: tamen, vt ſupra iam ſignificauimus, comparat. βέλτερος, et ſuperlat. βέλτατος, nobis videri originem ſuam debere poſitiuo βελτὺς, ita δεύτερος, et δεύτατος, arbitramur extitiſſe e poſitiuo δευὸς pro δευότερος, et δευότατος, ſed φέριϛος e poſitiuo φερὺς, et φέρτερος, atque φέρτατος, ex φερτότερος, et φερτότατος, quum vſus poſitiui φερτὸς memoriam ſeruarit Euripides Hec. 159. Τᾶς οὐ φερτᾶς [δουλείας]. Sic vero etiam origo ſuperlat. ἀφέριϛα, et comparat. ἀφέρτεροι, patet: quae vtraque gloſſa in Lexico Heſychiano laudatur. Conf. Etymol. M. p. 176. 30.

ἐῤῥωμένος — ἐῤῥωμενέϛατος] Locos ſcriptorum, vtriuſque gradus ſedes, indicauimus iam ſupra p. 87.

Ad p. 103. *ab aduerbiis*] Haec vero aduerbia omnia ducta putari debent ab adiectiuis obſoletis, quae adeo peperint comparatiuos, et ſuperlatiuos, ad quos origo eorundem graduum ipſorum aduerbiorum referenda ſit: vt apud Latinos aduerbia *citra*, *extra*, *intra*, *vltra*, profecta ſunt ab adiectiuis *citer*, *exter*, *inter*, *vlter*, e quibus caeteri eorum gradus nunc vſitati extitere. v. Priſcian. 3. p. 72. Baſ. Sic ex adiectiuo περαῖος extitit adu. περαίως, vel περαίου· cuius comparat. eſt, eiecta vocali ο, περαιτέρω Aeſchyl. Prom. 247. Thuc. 3, 43. 81. 5, 41. Demoſth. p. 688. To. 1.: vt περαίτεραι Pind. Olympp. 9, 159.: περαίτερον Id. ib. 8, 82. Ratio enim eorum, qui περαιτέρω

ϱαιτέϱω dici putant pro περατέϱω, quod e πέϱας extiterit, probari vix poteſt. v. Etymol. M. v. περατέϱω p. 663.

ἄνω — ἀνωτάτω] Ἀνωτέϱω Herodo. 1, 190. 8, 132. Plat. Cratyl. 15.: ἀνωτάτω Herodo. 7, 23. Ariſtoph. Pac. 206.: ἀνώτεϱον Polyb. 3, 1.: ἀνώτατα Herodo. 2, 125.: ἀνωτάτω Fragmm. Pythagg. p. 7. Gal. 1. p. 665. Gal. 2. Atque ex iis, quae apud Etymol. M. v. περατέϱω p. 663. leguntur, exiſtimari poſſe videtur, fuiſſe inter grammaticos veteres, qui in hoc aduerbio, aliiſque ſimiliter deſinentibus, eorumque comparatiuis, et ſuperlatiuis, literae ω adderent vocalem ι, quod ea nata eſſe putarent e datiuis ſingularibus neutrius generis adiectiuorum. At alii tamen hoc aduerbiorum genus, quod a praepoſitionibus ductum eſſe crederent, vt ἄνω ab ἀνὰ, κάτω a κατὰ, ἔξω ab ἐξ, εσω ab ἐς, εἴσω ab εἰς, πϱόσω a πϱὸς, ſine litera ι ſcripſere. v. Etymol. M. v. ἔξω p. 390. et v. εἴσω p. 306. Quam quidem ſcripturae rationem hodieque ſequimur. Certe aduerbia ſic facilius diſcerni ab adiectiuis poſſunt.

κάτω — κατώτατος] Κατωτέϱω Herodo. 8, 132. Ariſtoph. Rann. 70. 1431.: κατωτάτω Herodo. 2, 125.: κατώτεϱον Cteſ. Indicc. 11.: κατωτάτω οἱ ό Pſ. 87, 6.: κατώτατα Herodo. 7, 23.: τὰ κατώτατα οἱ ό Pſ. 62, 9.

ἔσω — ἐσώτατος] Ἐσωτέϱω Herodo. 8, 66.: τῷ ἐσωτέϱῳ οἱ ό 1. Regg. 6, 29.: ἐσωτέϱαν Act. 16, 24.: ἐσωτάτȣ οἱ ό 1. Regg. 6, 27.: ἐσωτάτην ib. v. 36.

ἔξω — ἐξώτατος] Ἐξωτέϱω Aeſchyl. Choëphph. 1023.: ἐξωτέϱας οἱ ό Ex. 26, 4.: ἐξωτέϱῳ οἱ ό 1. Regg. 6, 29.: τὸ ἐξώτεϱον Matth. 22, 13.: ἐξωτάτȣ οἱ ό 1. Regg. 6, 30.

ἔνδον — ἐνδότατος] Ἐνδοτέϱω Plut. V. Arat. 43. p. 336. To. 6.: ἐνδοτάτω Zoſim. 3, 31. 2.: neutr.

ἐνδοτέϱȣ

ἐνδοτέρῳ Id. 3, 17. 6.: τὸν ἐνδότατον Iuſtin. M. Paraen. 39.: ἐνδοτάτων Herodi. 6, 8. 1. Nam ἔνδον videtur proprie eſſe neutrum genus obſoleti adiectiui ἔνδος· Siculi, aliique Dorienſes, dixere ἔνδοι, vel ἐνδοῖ, h. e. ἐνδῷ. v. Etymol. M. p. 663. 28.

ὀπίσω — ὀπίστατος] Ὀπίστατον Hom. Il. θ', 342. λ', 178. Nam ὀπίσω videtur eſſe dat. adiectiui inuſitati ὄπισος, ita, vt ὀπίστατος extitiſſe videatur ex ὀπισώτατος. v. Euſtath. ad Hom. d. l. p. 716. 42. et p. 838. 64. Grammatici autem veteres ὀπίσω profectum eſſe tradunt ab ἐπὶ, ε mutato in ο. v. Etymol. M. p. 628. 4.

πόῤῥω — ποῤῥώτατος] Ποῤῥωτέρω Iſocr. ad Phil. p. 292. To. 1.: ποῤῥωτάτω Polyb. 16, 20. p. 456. ſ. To. 2. Lipſ.: fem. ποῤῥωτέρων Polyb. 5, 34. Conf. Portus Lex. Pind. p. 456. Sed πόρσω dixere Dores, vt Pindar. Nemeonn. 9, 111.: qui idem vſus eſt comparat. πόρσιον Olymp. 1, 183., et ſuperlat. πόρσιστα Nemeonn. 9, 70. Et πόρσω quidem extitit, grammaticis antiquis auctoribus, e πρόσω, quo, et Iones vſi ſunt, et Attici. vid. Herodo. 5, 13. 9, 19. 89. Xen. Oecon. 4, 6. Cyrop. 2, 3. 8.: vbi refertur ad ὁμοῦ *cominus*. Comparat. προσωτέρω Herodo. 1, 105. 2, 175.: ſuperlat. προσωτάτω Id. 4, 43. Hippocr. de vet. medic. 42. p. 40. To. 1. Xen. Apomnn. 1, 4. 6.: προσώτατα Herodo. 2, 103.: προσωτάτου Sophocl. Aiac. 743. Etymol. M. v. κύκλῳ p. 544. 14. Τὸ μέντοι πόῤῥω, καὶ ἔξω, καὶ ἄφνω, οὐ παραδοτικῆς· διὸ οὐδὲ προσγεγραμμένον ἔχει τὸ ι. Idem p. 683. 42. Πόῤῥω· παρὰ τὴν πρὸς πρόθεσιν γίνεται πρόσω· καὶ κατὰ μετάθεσιν, πόρσω· καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς ρ, πόῤῥω, ὡς μυρσίνη, μυῤῥίνη. Sic ab adu. ἄπο [v. Euſtath. ad Il. β' p. 166. 31.] ductus eſt comparat. ἀπωτέρω Sophocl. Oed. tyr. 137. Ariſt. Nubb. 769. Theocr. Idyl. 16, 18. Demoſth. p. 1084. To. 2.:

 ſuperlat.

ſuperlat. ἀπωτάτω Demoſth. p. 675. To. 1. Plut. V. Artax. 8. p. 396. To. 5. Tub.

ἐγγὺς — ἔγγιστος] Ἐγγύτερον Xen. Cyrop. 7, 1. 12.: ἐγγυτέρω Thuc. 2, 21. 89. 4, 73.: ἐγγυτάτω Id. 3, 38. 7, 86.: ἐγγύτατα Id. 3, 40. Xen. Cyrop. 2, 2. 1. 6, 3. 1.: ἔγγιον Hippocr. de diaet. 2, 34. p. 231. To. 1.: ἔγγιστον Polyb. 8, 2.: ἔγγιστα Iſocr. Aeginet. p. 540. To. 2. Phrynichus eclogg. p. 130. Ἔγγιον ἐπὶ τοῦ ἐγγύτερον μὴ λέγε, ἀλλ' ἐγγύτερον. Etymol. M. p. 309. 1. Ἐγγὺς, ἐπίῤῥημα τοπικόν. ποίας σχέσεως τῶν τοπικῶν; τῶν ἐν τόπῳ· ἐκ τοῦ ἐγγίζω ἐγγίσω, ἐγγὶς, καὶ ἐγγὺς, τοῦ ι τραπέντος εἰς υ. Idem ibid. 15. Ἔγγιον, ἐγγύτερον· παρὰ τὸ ἐγγὺς ἔγγιον· τῆς πρώτης οὐσίας ἐστίν.

ἀγχοῦ — ἀγχοτάτω] Haec in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deſunt, addita a nobis ante hos quadraginta, et duo, annos. Ἀγχοτάτω Herodo. 2, 24. 169. 4, 35. 7, 73. 80.: ἀγχοτέρη Id. 7, 175.: ἀγχότατα Id. 7, 64.: ſed ἄγχιστος Sophocl. Oed. tyr. 919.: ἄγχιστον Hom. Odyſ. ε', 280. Pind. Pythth. 7, 114.: ἄγχιστα Herodo. 1, 134. 2, 143. 150. 5, 79. 9, 81. Hom. Odyſ. ζ', 152. Etymol. M. p. 14. 45. Ἀγχιστήνη· ἀπὸ τοῦ ἄγχιστος ἀγχιστῆνος, καὶ ἀγχιστήνη· τὸ δὲ ἄγχιστος ἐστιν ὑπερθετικόν· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀγχοῦ ἀγχότερος, ἀγχίων ἄγχιστος. add. Euſtath. ad Odyſ. ή p. 1582. 3. Sed adu. ἀγχοῦ dubitari non poteſt, quin proprie ſit genit. ſing. adiectiui obſoleti ἀγχός. Atque eiuſdem formae aduerbium eſt τηλοῦ, ab adiectiuo τηλὸς ductum: comparat. τηλοτέρω Anthol. 7, 43. 4. et Hippocr. περὶ φύσ. παιδ. 44. p. 163. To. 1.: vbi refertur ad πλησιαιτέρω· ſuperlat. τηλοτάτω Hom. Odyſ. ή, 322. Certe haec ratio certior eſt, et legibus analogiae conuenientior, iis, quas propoſitas legimus, et ab Etymologici conditore v. τηλοῦ p. 757., et ab Euſtathio ad Odyſ. ή p. 1582. 1.

ἑκάς,

ἑκὰς, ἑκαστέρω, ἑκαστάτω] Sic enim reſcribi debet pro ἑκάστω ἑκαστοτέρω, ἑκαστοτάτω· quod exemplum in editionibus libelli Velleriani omnibus, quae ante annum ſextum, et quinquageſimum, huius ſaeculi curatae ſunt, deeſt. Comparat. ἑκαστέρω legitur apud Hom. Odyſ. ή, 321. Herodo. 2, 169. 3, 89. 101. 6, 108. 7, 49. 2.: et ſuperlat. ἑκαστάτω Hom. Il. κ́, 113. Herodo. 1, 134. 4, 33. 204. 9, 14. vid. Etymol. M. v. ἑκαστέρω p. 320. et Euſtathius ad Il. κ́ p. 792. 49. 56. Et quanquam apud Hippocratem περὶ ἄρθρων c. 9. p. 765. To. 2. Lind. in omnibus libris, auctore Foëſio, pro ἑκαστάτω legitur ἑκάστω, vt apud Herodotum 1, 134. in Ald. ἑκάστω· tamen quum in aliis locis vtriuſque ſcriptoris plena ſuperlatiui forma extet, dubitari vix poſſe videtur, quin forma illa contracta debeatur neglegentiae oculorum librariorum. v. Foëſius Oecon. Hippocr. v. ἑκάστω p. 184. b. Contra vero apud Theocr. Idyl. 15, 7. an Valquenarius annotatt. ad h. l. p. 235. pro ἑκαστοτέρω, abdicentibus libris omnibus, recte reſtituendum cenſuerit ἑκαστέρω, iudicent alii. Nos quidem non videmus, quidni poëtae licuerit vti hac noua comparatiui forma, ducta a ſuperlatiuo ἑκάστω contracto e forma eius plena ἑκαστάτω, vocali ω̄ etiam in breuem ŏ mutata. Sed hoc aduerbiorum genus augeri poteſt adverbio ἄφαρ, cuius comparat. plur. ἀφάρτεροι legitur apud Hom. Il. ψ́, 311. v. Etymol. M. h. v. p. 175. 23. Et μάλα originem ſuam debere videtur adiectiuo μαλὸς, cuius comparatiuus fuerit μαλίων, contr. μάλλων, ſuperlat. μάλιστος· vnde ducta eſſe apparet adu. μάλα, μᾶλλον· Dor. μάλλιον· v. Euſtath. ad Odyſ. ί p. 1643. 32.: μάλιστα. v. Reiſquius ad Theocr. Idyl. 14, 38. p. 225.

πρὸ — πρότερος] Πρότερος Hom. Il. ά, 548.: προτέρη Odyſ. γ́, 13.: προτέρω Iſocr. Paneg. p. 203. To. 2.: προτέρῃ Il. ν́, 794.: προτέρην Herodo. 1,

 208.:

208.: πρότεροι Il. δ', 67.: πρῶτα, et πρότερα, Plato Cratyl. 35. Etymol. M. p. 691. 10. πρότερος, παρὰ τὴν πρὸ πρόθεσιν. Schol. Pindari rec. ad Olympp. 2, 80. p. 232. b Steph. Ἀπὸ τῆς πρὸ προθέσεως γίνεται συγκριτικὸν μὲν πρότερον, ὑπερθετικὸν δὲ πρῶτον. Sed προτέρω Il. δ', 507. Odyſ. ἑ, 417., aliiſque in locis vtriuſque carminis, Apollonius, aliique grammatici veteres, extitiſſe, per ſyncopen, praecipiunt ex πορρωτέρω, vel potius προσωτέρω. v. Etymol. M. p. 691. 12.

ὑπὲρ — ὑπέρτατος] Ὑπέρτερος Zoſim. 6, 8. 4.: ὑπερτέρα Id. 4, 8. 1.: ὑπερτέρας Sophocl. Electr. 456.: ὑπέρτερον maſc. Pind. Pythionn. 2, 111.: neutr. Id. Iſthmm. 1, 2.: ὑπερτέραν Sophocl. Electr. 1269.: ὑπέρτεροι Theocr. Idyl. 12, 22.: ὑπέρτερα Ariſtoph. Lyſiſtr. 773. Hom. Odyſ. γ', 65.: ὑπερτάτη Aeſchyl. Perſſ. 155.: ὑπέρτατα Pindar. apud Plat. Gorg. 39. p. 141.: ὑπερτάταις Pind. Nemm. 3, 34.: ὑπερτάτας Id. Pythionn. 8, 5.: ὑπερτάτους Id. ib. 8, 37.: ὑπέρτατον Id. Olympp. 2, 141. Pythionn. 3, 157.: ὑπέρτατα Heſiod. Ἔργ. 8.: ſed ex ὑπέρτατος extitit, per ſyncopen, ὕπατος [Pind. Pythionn. 6, 42. Olympp. 1, 67. 161. Hom. Odyſ. τ', 303. Herodo. 2, 144. 151. Demoſth. p. 1072. To. 2.]: vt recte tradit Euſtathius ad Il. θ' p. 696. 13. et μ' p. 910. 22., neque ex ὑπότατος, vt praecipit Etymol. M. v. ὑπάτη p. 777. 41. Conf. Dion. Halic. 4, 66. p. 821. To. 2. Reiſqu. Sic, καθυπερτέρα Aeſchyl. S. c. Th. 232.: καθυπερτέραν Xen. Apomnn. 4, 6. 14.: καθυπέρτερον Theocr. Idyl. 2, 69.: καθυπέρτεροι Thuc. 5, 14.: Ion. κατυπέρτεροι Herodo. 1, 67. 7, 51.: κατυπερτέρους Id. 1, 65.: κατυπέρτερα Id. 7, 233.: κατυπερτάτη Id. 4, 199.: πανυπερτάτη Hom. Odyſ. ί, 25.: πανυπέρτατε Orpheus hymn. 60, 9. At hic vterque gradus, non tam a praepoſitione ὑπὲρ, quam potius ab adiectiuo ὕπερος

[v. Ety-

[v. Etymol. M. p. 779. 48.], profectus eſt. nam apud Pindar. Nemeonn. 8, 73. legitur forma ſuperlatiui plena ὑπερώτατα. Sic comparat. ἐνέρτερος [Hom. Il. ἑ, 898.], et νέρτερος [Aeſchyl. Perſſ. 621. 624. Anacr. odar. 4, 16. Ariſt. Lyſiſtr. 773.], eodem modo ductus eſt, non ab adu. ἔνερθεν, vt praecipit Etymol. M. p. 340. 17., immo ab adiectiuo ἔνερος [v. Etymol. M. p. 430. 2.], cuius genit. plur. ἐνέρων legitur apud Aeſchyl. Perſſ. 631., et dat. ἐνέροισι apud Hom. Il. ὀ, 188. Sed comparat. ὕστερος, et ſuperlat. ὕστατος, extitiſſe e praepoſitione ὑπὸ, grammatici veteres fere omnes conſentiunt. Schol. rec. Pindari ad Olympp. 2, 80. p. 133. a Ἀπὸ δὲ τῆς ὑπὸ προθέσεως γίνεται συγκριτικὸν μὲν ὕστερον· ὑπερθετικὸν δὲ, ὕστατον. Etymol. M. p. 785. 10. Ὕστατος· — ἀπὸ τοῦ ὕστερος συγκριτικοῦ τὸ ὑπερθετικὸν ὕστατος· ἐκ τῆς ὑπὸ προθέσεως ὑπότερος, ὡς παρὰ τὴν πρὸ πρότερος· καὶ συγκοπῇ ὕτερος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ — ἢ ἐκ τοῦ ὑπότερος, συγκοπῇ ὕπτερος, καὶ τροπῇ τοῦ π εἰς σ, ὕστερος. Ὕστερος Iſocr. περὶ τοῦ Ζ. p. 435. To. 2.: ὑστέρα Aeſchyl. Eumenn. 251.: ὕστεροι Herodo. 9, 77.: ὕστερα Plato Cratyl. 35.: ὕστατος Aeſchyl. Agam. 1309.: ὑστάτη Id. S. c. Thebb. 1059.: ὕστατον Id. Agam. 1333.: ὕστατοι Demoſth. p. 107. To. 1.: ὑστάτοις Ariſtoph. Rann. 744.: ὑστάτας Aeſchyl. Supplicc. 239. Sic μεθυστέροις Id. S. c. Thebb. 587.: πανύστατον Theocr. Idyl. 23, 35.: πανυστάτην Aeſchin. p. 637. To. 1. Reiſqu.

παρὰ — παροίτατος] Etiam hoc exemplum ſumtum eſt ex Caninii Ἑλληνισμῷ p. 227. Cren. Nam in editt. Lipſſ. primis legitur tantum, παρὰ, παροίτερος, *Aratus*, omiſſis verbis reliquis. Grammatici vero veteres gradus iſtos ab adu. πάρος [Arat. Phaenomm. 705.] ductos eſſe tradunt. Etymol. M. p. 654. 6. Παροίτερος, παλαιότερος, καὶ ἀρχαιότερος· ἀπὸ τοῦ πάρος, ὃ σημαίνει τὸ πρὶν, ἢ πάλαι, γίνεται παροί-

 τερος,

τερος, καὶ παροίτατος — εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ πάρος, ἀποβολῇ τοῦ σ. add. Euſtath. ad Il. ψ′ p. 1311. 2. et ad Odyſſ. φ′ p. 1905. 33.: vbi grammaticus formam ſuperlat. παροίτατος comparat cum forma ſuperlat. μυχοίτατος Odyſſ. φ′, 146. Nam παροίτεροι legitur apud Hom. Il. ψ′, 459. 480.: παροίτερος habet Arat. Phaenomm. 306.

Sed vt adoleſcentes Graecarum literarum ſtudioſi viderent, quam diues eſſet haec lingua comparatiuis, et ſuperlatiuis, adiectiuorum etiam compoſitorum omnis generis, et quantam ſolertiam Graeci etiam in hac grammatices parte probaſſent: apponere viſum eſt exempla eorum quaedam egregia. Ἀληπτότεροι Thuc. 1, 143.: ὑποψαμμοτέρην Herodo. 2, 12.: εὐδενδροτέρη, et εὐκαρποτέρη, Arrian. Indicc. p. 570. Blanc.: εὐαλέστεροι Alciphr. 2. ep. 1. p. 204.: ἀοκνοτάτην Thuc. 1, 74.: ἐπαγωγότατα Herodo. 3, 53.: δυσοδμοτάτω, et εὐωδέστατον, Id. 3, 112.: μακροβιωτάτους Id. 3, 114.: εὐϊπποτάτους, et εὐοπλοτάτους, Xen. Cyrop. 5, 5. 2.: τὸ εὐμισητότατον Id. ib. 3, 1. 5.: πολυοινότατον Thuc. 1, 138.: φιλαθηναιότατον Demoſth. p. 439. To. 1.: μισαθηναιοτάτους Idem p. 687. To. 1.: φιλοινοτάτου Plut. V. Cic. 27. p. 344. To. 5.: φιλιππότατος Id. quaeſtionn. Grr. 52. p. 406. To. 8.: φιλοτυραννότατος Id. V. Dion. 36. p. 204. To. 6.: καλλιδενδρότατος, et καλλικαρπότατος, Polyb. 5, 19.: ἁβροβιώτατος Plut. V. Demetr. 2. p. 4. To. 6.: ὠκυμορώτατον Id. V. Dion. 58. p. 223. To. 6. Exempla comparatiui, et ſuperlatiui, rariora ſunt haec: ἀγοραιοτέρων Athen. 10, 10. p. 438. F: βαναυσοτάτοις Plut. V. Cic. 5. p. 310. To. 5.: et a ſuperlat. φίλτατον ductus eſt ſuperlat. deminut. φιλτάτιον apud Ariſtoph. Acharnn. 474.

Iam quum praecepta Velleri de comparatione nominum ipſa ſatis explicaſſe, iuſtoque idoneorum exemplorum numero confirmaſſe, videremur: addere quaedam,

dam, adoleſcentium linguae Graecae ſtudioſorum cauſſa, placuit, quae pertinerent, cum ad modos varios, quibus Graeci comparatiuum, ſuperlatiuumque, exprimere ſolent, tum ad particulas, et formulas, quibus ingenia eorundem hos ipſos gradus non minus, quam poſitiuum, vel ornarunt, vel adauxerunt.

Fiunt enim apud Graecos comparatiui, et ſuperlatiui, in vtramque partem ſaepenumero ita, vt poſitiuis adiungatur adu. μᾶλλον, et μάλιϛα [vt Cic. 13. ep. 32, 2. *maxime — coniunctos:* ſed ſ. 1. *coniunctiſſimos:* et ſ. 3. *vehementiſſime gratum*], vel ἧσσον, et ἥκιϛα. Eurip. Alc. 858. μᾶλλον φιλόξενος· Id. ibid. 180. σώφρων μᾶλλον· Xen. Cyrop. 4, 5. 6. σπουδῇ πολλῇ μᾶλλον· Ariſtoph. Veſpp. 548. εὐδαιμον, et μακαριϛὸν, μᾶλλον· Plato Cratyl. 24. καταδῆλον μᾶλλον· Arrian. anab. 1. p. 72. Blanc. τὴν γὰρ χελιδόνα — εἶναι — λάλον μᾶλλον, ἢ ἄλλην ὄρνιθα· Herodo. 3, 9. τὸν ἧσσον πιθανόν· Plato Gorg. 28. p. 106. ἧττον ἄθλιος· Xen. Oecon. 7, 23. ἧσσον τὸ σῶμα δυνατόν· Id. Cyrop. 3, 3. 19. χώραν — οὐδὲν ἧττον ἔντιμον· Aelian. V. H. 2, 8. Ἀθηναίων ἥκιϛα ἄξιον· Herodo. 1, 187. ὑπὲρ τῶν μάλιϛα λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄϛεος· Xen. Oecon. 3, 13. παῖδα νέαν μάλιϛα· Id. Cyrop. 8, 1, 6. τῶν — παρ' ἑαυτῷ μάλιϛα φίλων· Charit. 1, 4. σοὶ μάλιϛα εὔνους· ſed Herodotus dixit, ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιϛα 7, 118. 141., ita, vt artic. τῷ maſculinus eſſet, vt 3, 8. ὁμοῖα τοῖσι μάλιϛα. Nam aduerbio μάλιϛα adiungitur nonnunquam, non modo particula ὅτι *quam*, vt apud Theocr. Idyl. 10, 43. καρπιμον ὅτι μάλιϛα, et Plat. Cratyl. 35. κατὰ τὸ δυνατὸν ὅτι μάλιϛα φανερά· ſed etiam particula ὡς, vt apud Xen. Cyrop. 4, 6. 2. φίλους — ὡς μάλιϛα, et 7, 5. 9. ἀπαρασκεύους ὡς μάλιϛα· et artic. τὰ, vel ſimpliciter, vel comite praepoſitione εἰς: vt, φίλους τὰ μάλιϛα Herodo. 2, 147.: ἐόντα μὲν ἑωυτῷ, οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ τὰ μάλιϛα Id. 8, 79.:

 ἐς

ὃς ἔτυχεν αὐτῷ ἐὼν ἑταῖρος τὰ μάλιςα Id. V. Hom. 2.: ἐς τὰ μάλιςα ἐπίγρυπον Id. 2, 76.: παρὰ ἀνδρὶ φίλῳ ἑωϋτȣ ἐς τὰ μάλιςα Id. V. Hom. 7.: ἐς τὰ μάλιςα φοβερὸς Pauſan. 6, 6.: ἐς τὰ μάλιςα ἐπιτήδειος Arrian. anab. 4. p. 270. Blanc.: πατρικὸς ἐς τὰ μάλιςα ξένος ὢν Thuc. 8, 6.: vt Herodo. 1, 20, ἐόντα Θρασυβȣλῳ — ξεῖνον ἐς τὰ μάλιςα, et 6, 89. ἔσαν γάρ σφι — φίλοι ἐς τὰ μάλιςα· ſed pro ἐς τὰ μάλιςα idem ſcriptor ſic etiam ἐς τὰ πρῶτα dixit: vt, 9, 16. λογίμȣ δὲ ἐς τὰ πρῶτα· et apud Aelian, V. H. 4, 18. legitur, ἑταῖρον εἰς τὰ ἔσχατα εἶναι· ſed Plut. A. ΠΠ. 7, 9. habet ἐσχάτως ἄτοπον. Ita vero dubitari vix poſſe videtur, quin formula ἐν τοῖς μάλιςα idem ſignificet, quod τὰ μάλιςα, et ἐς τὰ μάλιςα, h. e. μάλιςα ſimpliciter, atque adeo artic. τοῖς in ea ſit neutrius generis, non maſculini: vt, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιςα — ἐναντίος τῷ δήμῳ Thuc. 8, 90.: ἐν τοῖς μάλιςα ἐπίδοξός ἐςι Plut. Inſtitt. Laconn, p. 254. To. 8. Tub.: ἐν τοῖς μάλιςα μισόδημος εἶναι Id. V. Coriol. 19. p. 82. To. 2.: ἐχθρὸς ἐν τοῖς μάλιςα Id. V. Alcib. 19. p. 25. To. 2.: εὔβοτον, καὶ καλλίκαρπον, ἐν τοῖς μάλιςα Id. V. Alex. M. 59. p. 332. To. 4. v. Lamb. Boſius Obſeruatt. miſcell. c. 5. p. 18. Certe apud Plat. Criton. 14. ἐν τοῖς μάλιςα refertur ad ἥκιςα, ita, vt ſit idem, quod μάλιςα· neque aliter explicandae videntur formulae ἐν τοῖς βαρύτατα ib. c. 1., et ἐν τοῖς χαλεπώτατα Thuc. 7, 71., ita, vt non opus ſit iſtis ambagibus, quas ipſi nuper cum Hemſterhuſio ſequuti eramus ad Plat. Criton. 1, 12., et a quibus nec Reizius afuit, qui aduerbia his in formulis ad ipſa attributa, neque ad verba ἐν τοῖς, pertinere putabat, ita, vt τοῖς maſculinum eſſet. vid. Reizius in de accent. inclinat. p. 17. ſſ. et ibi Lycius. Interdum aduerbio μάλιςα ſic iungitur formula ὡς οἷόν τε· vt, φίλος μοι δοκεῖ ἕκαςος ἑκάςῳ εἶναι, ὡς οἷόν τε μάλιςα Plato Gorg. 66. p. 214.

Sed

Sed in efferendo ſuperlatiuo ingenia Graecorum multas ſequuta ſunt rationes alias. Et *primum* quidem non modo poſitiuis adiunxerunt datiuos nominum eiuſdem originis, et poteſtatis: vt μεγέθει μέγα Pauſan. 2, 10.: ſed apud eundem Pauſan. 8, 23. p. 644. legitur χελώνας μεγίςας μεγέθει, h. e. λίαν μεγίςας· πλήθει πολλὰ Herodo. 2, 96.: πλήθει πολλοὶ Pauſan. 7, 15.: ſed etiam nomina, et ſubſtantiua, et adiectiua, ſubſequi iuſſerunt genitiuum eorum pluralem: vt, ἄναξ ἀνάκτων, *rex maxime*, *ſumme*, de Ioue, Aeſchyl. Suppll. 533.: h. e. ὕπατε κρειόντων Hom. Odyſ. ά, 45.: βασιλεὺς βασιλήων *rex maximus*, in titulo monumenti Cyri apud Strabon. 15. p. 730. Caſaub. v. Stanleius ad Aeſchyl. Perſſ. 24.: κύριος κυρίων *dominus maximus* Apoc. 19, 16.: δοῦλος δούλων *ſeruus viliſſimus* Aqu. Gen. 9, 26.: ἐχθροὺς ἐχθρῶν *hoſtes infeſtiſſimos* Eurip. Androm. 522.: ἄῤῥητα ἀῤῥήτων *maxime nefanda* Sophocl. Oed. tyr. 465.: δειλαία δειλαίων *miſerrima* Id. Electr. 849. Plura huius generis exempla collegerunt Albertius ad Apoc. 19, 16. et Stauerenius ad Nep. Ageſil. 2, 1. Profecta enim haec forma loquendi eſt ex Hebraica lingua in Graecam, atque ex hac in Latinam migrauit. vid. Glaſſius Gram. S. 3, 1. 16. et Gataquerus in de ſtylo N. T. c. 35. *Deinde* exprimitur ſuperlatiuus apud Graecos ſic, vt res aliqua, vel perſona, ita compararetur cum alia quadam re, vel perſona, in aliquo genere magna, eximiaque, in vtramque partem, vt ei ſimilis, et par, eſſe, vel etiam praeſtare, dicatur, adiecto nonnunquam adu. πολὺ, aliiſque ſimilibus: vt, Τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡςεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα, h. e. ὤκιςαι, Hom. Odyſ. ή, 36.: ὁ δ' ὥςε νόημ' ἐποτᾶτο Heſiod. Ἀσπ. 222.: Ἔνθεν δὲ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς, ὥςε νόημα, Εἶσι Διὸς πρὸς δῶμα Hom. h. in Apol. Pyth. 8. ſ.: ἐκλάμψουσιν, ὡς ὁ ἥλιος, Matth. 13, 43.: λευκὰ, ὡς τὸ φῶς, Id. c. 17, 2.: λευκὸν, ὡσεὶ χιὼν, Id.

c. 28,

c. 28, 3. Apoc. 1, 14. Marc. 1, 14.: vt Sophocles Antigon. 114. dixit, λευκῆς χιόνος πτέρυγι ςεγανός· vbi ſchol. ὡς ἐκ χιόνος ἔσῃ πτέρυγι, ἀντὶ τῦ λευκοτάτῃ· Ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὠρομέδοντος Theocr. Idyl. 7, 46.: γυναικὸς κακίω φαὶς αὐτὸν εἶναι, h. e. κάκιςον, Herodo. 9, 107.: Εὐμορφοτέρα Μναΐδος, καὶ τᾶς ἀπαλᾶς Πυρίνω Ἀσαροτέρα, Sappho fragmm. p. 13. Vrſin. n. 31. p. 60. Lyc.: Πολὺ πακτίδος ἀδυμελεςέρα, χρυσῶ χρυσοτέρα, Ead. fragmm. p. 13. Vrſin. n. 32. p. 62. Lyc.: Ὠΐῦ πολὺ λευκότερον Ead. fragmm. p. 14. Vrſin. n. 45. p. 70. Lyc.: λευκότεροι χιόνος Hom. Il. κ', 437.: τὴν δὲ — γύψῦ, ἢ χιόνος, λευκοτέραν Plato Phaedon. 59.: Στάλαν θέμεν Παρίῦ λίθῦ λευκοτέραν Pind. Nemeonn. 4, 131. ſ.: τῶν δέ τ' ὀδόντων λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο Theocr. Idyl. 6, 37.: ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειὰς Id. 2, 78.: εἰ σοφώτερος μὲν εἴη τῦ Νέςορος Aeſchin. Socr. 2, 7.: ὔτε γὰρ ὕπνος, Οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας, γλυκερώτερον, ὔτε μελίσσαις Ἄνθεα, ὅσσον ἐμοὶ Μῶσαι φίλαι, Theocr. Idyl. 9, 33. ſſ.: ὕπνος γλυκίων μέλιτος Moſchus fragmm. p. 254. Vrſin.: οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν Aelian. V. H. 12, 1.: Λευκότεροι χιόνος [ἵπποι], θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι, h. e. λευκότατοι, et ὠκύτατοι, Hom. Il. κ', 437.: v. Demetr. Phaler. περὶ ἑρμην. ſ. 124.: θᾶττον τῶν γεράνων ταύτην τὴν πορείαν ἀνύτειν Xen. Cyrop. 8, 6. 9.: ἀνδρὸς μεγάλω πολλῶ μείζων Sappho fragmm. p. 11. Vrſin. n. 19. 4. p. 52. Lyc.: κύκνῦ πολιώτεραι — τρίχες Ariſtoph. Veſpp. 1059. ſ.: φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ, ἢ τὺς ἔχεις, Theophr. charr. 1, 4.: ἐχθίω Φρυγῶν Sophocl. Aiac. 1074.: ἰχθύων ἀφωνότεροι Sextus Empir. c. mathemm. 2, 18. p. 292. Fabric.: καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκῦ ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ Theophr. charr. 5, 2. Graecos imitati ſunt etiam hoc in genere Latini, in primis poëtae. Lactant. 3, 26. 4. *tam placidum, quam*

*ouem,*

*ouem*, h. e. placidiſſimum. Cic. Cat. M. 2. *onus Aetna grauius*, de ſenectute: quae ſententia expreſſa eſt ex Eurip. Herc. fur. 638. ſ. τὸ δὲ γῆρας, αἰεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων. Catul. 63, 215. *mihi longa iucundior vita*: 64, 10. *vita frater amabilior*: 67, 159. *mihi quae me carior ipſo eſt*: 81, 3. ſ. *multo quod carius illi Eſt oculis*: 97, 2. *Suauiolum dulci dulcius ambroſia*: ibid. v. 14. *triſti triſtius helleboro*: 102, 2. *Ambobus mihi quae carior eſt oculis*: 105, 3. *nobis quoque carius auro*: Horat. 1. od. 8, 8. ſſ. *cur oliuum Sanguine viperino Cautius vitat?* Adhibitis enim huiuſmodi comparationibus, et magnitudinem rerum, et paruitatem, praecipuam exiſtere quaſi ſenſibiliorem, quis non videt? Atque hoc ipſo in numero ponenda ſunt exempla iſta. Sophocles Oed. tyr. 1301. μείζονα τῶν μακίστων· Herodo. 2, 32. ἄνδρας μικροὺς, μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν· Theophr. charr. 10, 4. καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια· vbi v. Caſaubonus. Dionyſ. Halic. 7, 72. p. 1487. To. 3. Reiſqu. λόγχαι βραχύτεραι τῶν μετρίων. Sophocles Oed. Col. 5. ſ. τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι Μεῖον φέροντα. Xen. Ageſ. 11, 11. τῶν μετρίων ταπεινότερος ἦν. *Tertia*, qua Graeci vſi ſunt in exprimendo ſuperlatiuo, ratio haec eſt, vt rem aliquam, perſonam aliquam, dixerint nulli alii rei, nulli alii perſonae, ſuo in genere cedere: quibus quidem in locis poſuerunt fere formulas ὡς οὐδεὶς ἄλλος, εἴ τις ἄλλος, εἴπερ τις, εἴπερ τις ἄλλος, aliaſque ſimiles. v. Valquenar. ad Eurip. Phoenn. p. 537. Herodo. 1, 23. ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, de Arione: qui paulo poſt c. 24. dicitur ὁ ἄριστος ἀνθρώπων ἀοιδός. Idem 4, 14. ἐόντα ἀστῶν οὐδενὸς γένος ὑποδεέστερον. Thuc. 8, 86. ἔδοκει Ἀλκιβιάδης — οὐδενὸς ἔλασσον τὴν πόλιν ὠφελῆσαι. Ariſtoph. Veſpp. 88. Φιλιαστής ἐστιν, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ· ib. 150. Ἀτὰρ ἄθλιός γ' εἰμ', ὡς ἕτερος οὐδεὶς ἀνήρ. Idem Plut. 247. φειδόμενος, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ· ibid.

ibid. 902. Σὺ φιλόπολις, καὶ χρηϛός, Ὡς ἐδεὶς ἀνήρ· ibid. 655. εἴ τιν᾽ ἄλλον, μακάριον, κεὐδαίμονα· ad quem v. 654. refertur ἀνὴρ ἀθλιώτατος· Sophocl. Oed. tyr. 1118. εἴπερ τις ἄλλος, πιϛός· Xen. Cyrop. 3, 3. 19. συμφέρει δ᾽ ὑμῖν, εἴπερ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾷν. Idem ib. 5, 1. 2. εἴ τις καὶ ἄλλος ἀνὴρ, καὶ ὁ Κῦρος ἄξιός ἐϛι θαυμάζεσθαι· Id. Apomnn. 1, 5. 6. δελεύειν δελείαν ἐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν· Id. ib. 4, 2. 12. οἶμαί γε — ἐδενὸς ἂν ἧττον φανῆναι δίκαιος. Sic Herodo. 8, 129. ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅση ἐδαμά κω. *Praeterea* Graecos, in primiſque Atticos, vrbanitatis, modeſtiaeque, ſtudium hoc in genere delectari iuſſit deminutionis, attenuationiſque, figura, ita, vt poſuerint adiectiua contraria eorum, quae declarare vellent, iiſque adiunxerint particulas, quae vim negandi haberent: vt, φῦλον ἐ μικρὸν Xen. Cyrop. 1, 5. 2., h. e. πάμπολυ, quae eſt cod. Guelf. et Brem. lectio, quae, aut a grammaticis profecta eſt, aut e prima recenſione operis ſumta: ἐ μικροῖς κακοῖς περιπίπτεσι Id. Apomnn. 4, 2. 35.: ἐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις Eurip. Ion. 8.: γονέων δὲ ἐκ ἐπιφανῶν Anton. Liber. metamm. 39.: τὴν ἀρχὴν μὴ εὐκαταφρόνητον εἶναι h. e. *imperium eſſe maxime ſuſpiciendum, et venerabile,* Xen. Cyrop. 8, 3. 1.: γένος — ἐκ ἀσημότατον Plut. V. Sertor. 2. p. 3. To. 4. Tub. Atque eiuſdem poteſtatis vocabula ſunt ἀργὸς, ἄχρηϛος, ἀχρεῖος, ἀσύμφορος, et alia. Vid. index Palaephat. v. ἄσημος, et Proluſſ. de vitiis Lexicc. N. T. 25, 2. p. 567. Graecorum vrbanitatem ſequuti ſunt hac quoque in re Latini: vt, *laudibus haud immeritis* Liu. 4, 13. 13.: *haud ſpernendos teſtes* Id. 4, 20. 11.: *Polybius, haudquaquam ſpernendus auctor* Id. 30, 45. 5.: vbi v. Ducquerus, et Dracquenborchius: *non iucundiſſimum nuntium,* h. e. *triſtiſſimum,* Sulpicius apud Cic. 4. ep. 12, 1. Nam etiam Graeci ſic particulis negantibus addunt ſuperlatiuos. vid. Caſaubonus ad Polybii fragmm. p. 270.

p. 270. ſ. To. 3. Lipſ. *Denique* Graeci ſuperlatiuos ita enuntiarunt, vt poſitiuis comitem dederint aduerbium numerale τρὶς, vel ſeparatum ab iis, vel cum iis coniunctum: vt, τρὶς μάκαρ Αἰακίδη Heſiod. fragmm. 166. Cler.: τρὶς μάκαρες Hom. Odyſ. ζ', 154. ſ.: τῶν τρὶς εὐδαιμόνων Himer. orat. 23, 1. p. 768.: τρὶς εὐδαίμων, et τρὶς ἄθλιος, Id. ib. 5. p. 774.: ὦ τρὶς μάκαρ Ariſtoph. Pac. 1333.: ὦ τρὶς μακάρι' Εὐριπίδη Id. Acharnn. 399. add. Nubb. 166. Auu. 1273.: ὦ τρὶς κακοδαίμων Id. Rann. 19. Aeſchin. p. 83. To. 1. Reiſqu. Menander apud Gell. 2, 23.: τοῖν τρὶς ἀθλίοιν Sophocl. Oed. Col. 363.: ὦ τριπόθατε Bion fragmm. p. 236. 239. Vrſin.: τριφίλατος Theocr. Idyl. 15, 86. Vid. omnino Euſtathius ad Il. θ' p. 725. 19. ad Odyſ. ε p. 1542. 47. et Matius annotatt. c. 26. p. 125. Trai. ad Rhen. Sic *triparcos homines* Plaut. Perſſ. 2, 3. 14. Interdum pro aduerbio τρὶς ponitur adu. τετράκις· vt, τετράκις ὄλβιε Heſiod. fragmm. 166. Cler.: vt, Tibul. 1, 11. 63. *quater ille beatus*. Sed nonnunquam, non modo vtrumque hoc aduerbium coniungitur: vt, τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, Hom. Odyſ. ε, 306.: vt Virgil. Aen. 1, 94. *o terque, quaterque, beati:* Tibul. 3, 3. 26. *O mihi felicem, terque, quaterque, diem:* ſed iis etiam adiunguntur, certe altervtri, fere ioci cauſſa aduerbia numeralia alia: vt, τρὶς ἄθλιαι, καὶ πεντάκις, Καὶ πολλοδεκάκις Ariſt. Pac. 241. ſ.: Οἴμοι κακοδαίμων — Καὶ τρὶς κακοδαίμων, καὶ τετράκις, καὶ πεντάκις, Καὶ δωδεκάκις, καὶ μυριάκις, Ariſtoph. Plut. 851. ſſ. Nam etiam πέντε in multis vocabulis compoſitis habet vim aduerbii *maxime*, vt in adiectiuo πεντεπένιχρος, et aliis. v. Voſſius ad Pompon. Mel. 3, 7. p. 556. Gron. pr. Et quanquam genera circumloquutionis, qua Graeci in ſuperlatiuo exprimendo vſi ſunt, ea, quorum exempla quaedam a nobis ſubiecta ſunt, non tam grammatica ſunt, quam

potius

potius rhetorica: tamen ea attingere, quam praeterire, maluimus, quo adoleſcentes linguae Graecae ſtudioſi elegantiam, et vbertatem, ingenii Graecorum hac quoque in re cognoſcerent, huiuſque eorum virtutis excellentia capti, plus etiam operae in comparandis copiis Graecis collocarent. Sophocles Aiac. 1434. ſ. τῷ δ' ἀνδρὶ πονῶν τῷ πάντ' ἀγαθῷ, Καὶ οὐδενί πω λώονι θνητῶν· Ariſt. Plut. 810. τὰ σκευάρια πλήρη 'στιν, ὥστε θαυμάσαι. Id. ib. 419. ſſ. τόλμημα — τολμᾶτον —, οἷον οὐδεὶς ἄλλος οὐδεπώποτε, Οὔτε θεὸς, οὔτ' ἄνθρωπος, h. e. *facinus — aggredimini — omnino inauditum ante hoc tempus, inuſitatumque.* Sophocles Aiac. 1017. ſ. Cantabr. Ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ Ἄλγιστον, ὧν προσεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ. Id. Electr. 763. Μέγιστα πάντων, ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν. Iſocr. Aeginet. p. 531. To. 2. Bat. τοσαύταις ἐχρησάμην συμφοραῖς, ὧν οὐδέποτ' ἂν ἐπιλαθέσθαι δυνηθείην, h. e. *affectus ſum calamitatibus longe maximis.* Idem ibid. οὕτως αὐτὸν ἐθεράπευσα, ὡς οὐκ οἶδ', εἴ τις ἄλλος πώποθ' ἕτερος ἕτερον, h. e. *ipſum curaui quam diligentiſſime.* Xen. Cyrop. 1, 6. 10. Σὺ δὲ πεζὴν μὲν δύναμιν ἔχων ἐνθένδε ἔρχῃ, ἀνθ' ἧς εὖ οἶδ' ὅτι πολλαπλασίαν ἄλλην οὐκ ἂν δέξαιο, h. e. *iam tu cum peditatu hinc proficiſceris exercitatiſſimo, et fortiſſimo.* Alii huiuſmodi loci ſunt apud Aeſchin. Socr. 2, 2. Xen. Cyrop. 3, 1. 11. 7, 5. 20. Matth. 24, 21. Marc. 13, 19. et Apoc. 16, 18. coll. Ex. 9. 18. 10, 14. 11, 6.

lian. V. H. 12, 52. Sic Cic. 15. ad diu. ep. 2, 3. *Parthos — iter eos per Cappadociam — eſſe facturos:* vbi Erneſtius, aut *eos* delendum eſſe, aut ſcribendum *Parthi*, ſine cauſſa cenſebat. vid. Conr. Heuſingerus praefat. ad Cic. off. p. 44. ſ. et interpp. Liuii ad 25, 27. 1. Charit. 1, 14. Μόνη δὲ Καλλιῤῥόη γενομένη, ἤδε — τὴν ἰδίαν ἀπωδύρετο τύχην· vbi v. Doruillius p. 146. Amſtel. Xen. Cyrop. 2, 1. 5. ὅτι οἱ τῶν ἱκανωτάτων — λόγοι, οὗτοι καὶ μάλιστα ἐνδύονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων. add. idem ibid. 6, 1. 28. 6, 2. 7. Herodo. 1, 45. 3, 5. 8, 95. 9, 93. Plato Phaedon. 57. ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον. Herodo. 1, 185. πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὅς σφι διὰ τῆς πόλιος μέσης ῥέει, τοῦτον — οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιόν. Xen. Cyrop. 2, 2. 15. ὥσπερ ἵππους, οἳ ἂν ἄριστοι ὦσιν, οὐχ οἳ ἂν πατριῶται, τούτους ζητεῖτε, add. Xen. Cyrop. 4, 1. 6. 5, 5. 1. Herodo. 3, 157. 4, 44. 5, 33. 9, 93. Iſocr. de pac. p. 377. To. 1. Archid. p. 15. To. 2. Εἰ δὲ τῶν νυνὶ διωκόντων — τούτων δόξομεν οὕτως ἀμελεῖν Xen. Cyrop. 4, 2. 19.: τὸν ἐν βραχυτάτῳ διατρίβοντα ἔργῳ, τοῦτον καὶ ἀρίστα διηναγκάσθαι τοῦτο ποιεῖν Id. ib. 8, 2. 4. Id. Cyrop. 8, 7. 3. p. 349. Lipſ. τὸ δὲ προβουλεύειν, καὶ προηγεῖσθαι, ἐφ᾽ ὅ, τι ἂν καιρὸς δοκῇ εἶναι, τοῦτο προστάττων τῷ προτέρῳ γενομένῳ. Id ib. 7, 5. 26. οὐ γάρ τοι τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ. Plato Cratyl. 20. ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι, ἀπὸ τούτου Ἅιδης ἐκλήθη. Sed de redundantia pronominum μοῦ, σοῦ, αὐτὸς, in libris N. T., diligenter expoſuit Vorſtius Philol. S. c. 27., ita, vt cauſſam eius a conſuetudine Hebraea ducendam eſſe docuerit, temere diſſentiente Georgio Vindicc. N. T. ab Hebraiſmis lib. 3. c. 3., qui tamen multa de vſu eorundem pronominum apud ipſos Graecos praeclare praecepit.

Sed

Sed pronomina poſſeſſiua apud poëtas ſaepenumero perſonas commutant inter ſe ſuas. v. Prolegg. Lycii ad Hom. p. 247. ſ. et Alterus praefat. ad Odyſſ. p. 41. ſſ. Sic ἑὸς ponitur pro ἐμὸς, et σός· vt apud Hom. Odyſſ. ν', 320. ſ. φρεσὶν ᾗσιν ἔχων — ἤτορ Ἠλώμην· Odyſſ. α', 402. δώμασιν οἷσιν ἀνάσσοις· vbi v. Clarquius: εἴ μιν ἑαῖς ἐνὶ χερσὶ βάλοιο· vbi ſchol. ἑαῖς· ἔδει τεαῖς εἰπεῖν· v. Canterus lectt. nouu. 5, 13. Hoelzlinius ad Apollon. Rhod. 1, 893. Abreſchius animaduerſſ. ad Aeſchyl. p. 175. To. 1. et Burgeſſius ad Daueſii miſcc. critt. p. 390. ſ.: pro σφὸς, et σφέτερος, et ὑμέτερος· vt, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες Heſiod. Ἔργ. 58.: v. Apollon. Alex. excc. gram. p. 433.: Ἥρωες — ἑῆς ἐπὶ σέλμασι νηὸς — ἠγορόωντο Apollon. Rhod. 3, 167.: vbi ſchol. ἑῆς· ἔδει εἰπεῖν σφῆς, ἵν' ᾖ τῆς ἑαυτῶν· τὸ μὲν γὰρ σφῆς, τῆς ἑαυτῶν, τὸ δὲ ἑῆς, τῆς ἑαυτȣ· v. Rhunquenius ep. crit. 2. p. 178. ſec.: Μητέρ' ἑὴν ἀχέουσαν ἀποπρολιπόντες ἵκοισθε; Apollon. Rhod. 3, 267.: vbi ſchol. ἑὴν μητέρα ἀντὶ τȣ ὑμετέραν· ſed apud Orphea Argonn. 938. legitur, ἀπονοστήσωμεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, h. e. ἡμετέραν. Contra vero pronomen σφέτερος apud poëtas maxime agit partes pronominum ἐμὸς, τεὸς, ἑὸς, ἡμέτερος, ὑμέτερος· v. Canterus lectt. nouu. 5, 13.: vt, σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι Theocr. Idyl. 25, 163.: σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης Id. 22, 67.: Κείνη δ' ȣδέποτε σφετέρης ἐπιλήθεται ἕδρης Callim. h. in Del. 233.: vbi v. Spanhemius, et Veſſelingius ad Diod. Sic. p. 114. To. 1. et Tho. Mag. v. σφέ· Τόνδ' ἀπαμείρωμεν σφέτερον κτέρας Apollon. Rhod. 3, 186.: vbi ſchol. σφέτερον κτέρας· ȣκ ὀρθῶς τὸ σφέτερον· ἔστι γὰρ τρίτον πρόσωπον πληθυντικόν· καὶ ἁμαρτάνει· ἔδει γὰρ ἑνικὸν, καὶ ȣ πληθυντικόν· add. idem ad 3, 622. 4, 1327. et Hoelzlinius ad 3, 186.: etiam Polyb. 17, 27. aliiſque in locis, et Zoſim. 3, 10. 6., hoc pronomine ita vſi ſunt,

ſunt, vt Heſiod. Ἀσπ. 90.: Μητέρ' δὲ σφετέρη', h. e. ἡμετέρη, μεμεοικέα τίσαι ἀμοιβὴν Apollon. Rhod. 4, 1353.: vt apud Xen. Cyrop. 6, 1. 7. περὶ τῶν σφετέρων, h. e. ἡμετέρων, φρερίων — πράγματα εἶχον· ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι Heſiod. Ἔργ. 2.: vbi v. Moſchopulus. Sic σφωΐτερος a poëtis poſitum legitur, et pro σὸς, et pro ἑὸς· vt, σφωϊτέροισιν ὑπὸ σκήπτροισι Apollon. Rhod. 3, 395.: vbi ſchol. κακῶς τῷ σφωϊτέροισιν ἐχρήσατο· ἔδει γὰρ εἰπεῖν τεοῖσι' Id. 3, 600. γενέθλης σφωϊτέρης· vbi ſchol. κακῶς τὸ σφωϊτέρης δυϊκὸν [l. τῷ — δυϊκῷ] ἐπὶ ἑνικῦ ἐχρήσατο· ἔδει γὰρ εἰπεῖν ἑῆς, ἵν' ἡ τῆς ἑαυτῦ· Id. 3, 625. σφωϊτέρυς τοκῆας· vbi ſchol. ὐχ ὑγιῶς ὐδὲ νῦν τὸ σφωϊτέρυς· δυϊκὸν γάρ ἐϛιν ἐπὶ ἑνικῦ· ἔδει ὖν εἰπεῖν ἑὺς· Theocr. Idyl. 25, 55. σφωϊτέρῳ σὺν παιδί. Sic σφὲ apud Euripidem legitur, et pro αὐτὸν, vt Oreſt. 29., et pro αὐτὴν, vt Med. 33.: v. Barneſius ad Iphig. Taur. 742. et ad Alceſt. 556.: μετὰ σφίσιν Il. κ', 398. eſt *inter vos*, addito verbo eiuſdem perſonae plurali βυλεύοιτε· ſed apud Orphea Argonn. 1250. σφὶν poſitum eſt pro ἡμᾶς. Nam etiam pronomina αὐτὸς, et ἑαυτῦ, ſaepe habent vim pronominum primae, et ſecundae, perſonae, ſed ita, vt iuncta ſibi fere habeant verba earundem perſonarum. Heſychius: Αὐτός· ἢ ἐγὼ, ἢ σὺ, ἢ ἐκεῖνος. Sunt, qui his in locis, vbi αὐτὸς ita poſitum extat, pronomina primitiua intellegi iubeant: quae fere iam continentur perſonis additorum temporum. v. omnino Reizius ad Heſiodi Θεογον. 470. Hom. Il. β', 263. Αὐτὸν δὲ κλαίοντα — ἀφήσω· vbi ſchol. min. αὐτὸν δέ· ἀντὶ τῦ, σὲ δέ· nam praecedit v. 261. σέ. Apollon. Rhod. 3, 350. Αὐτῷ δ' ὥς κεν ἅδοι· vbi ſchol. αὐτῷ· ἀντὶ τῦ σοί· vt apud Xen. Cyrop. 6, 4. 2. τὸν σαυτῆς κόσμον cod. Palaeoc. legit τὸν αὐτῆς κόσμον, ita, vt Xenophon ſcripſiſſe videatur τὸν αὑτῆς κόσμον. Plato Phaedon. 40. ὑπὸ προθυμίας ἅμα ἑαυτόν τε, καὶ ὑμᾶς, ἐξαπατήσας —

οἰχή-

ῥιχήσομαι· vbi cod. Aug. et Tub. legunt ἐμαυτόν· quod grammaticis deberi videtur. Plato enim ibid. 25. dixit etiam δεῖ ἡμᾶς ἀνερέσθαι ἑαυτοὺς, vt Herodo. 6, 12. παρεχομένῳ νέας τρεῖς ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἑωϋτοὺς ἔχομεν· vbi tamen codd. nonnulli habent αὐτοὺς. Apoll. Rhod. 3, 99. μετέπειτά γ' ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῇ. vbi ſchol. τὸ δὲ ἑοῖ οὐκ εὖ κεῖται· ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ γὰρ λαμβάνεται. 2. Corr. 7, 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς· 1. ep. Ioh. 1, 8. ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Aeſchin. p. 551. To. 1. Reiſqu. βούλει — τῷ ἑαυτοῦ τρόπῳ· vbi Marclandius ſine cauſſa putabat reſcribendum eſſe σαυτοῦ· vt Theocrit. Idyl. 27, 44. δεῖξον ἐμοὶ ἔθεν ἄλσος· vbi v. Caſaubonus, et Reiſquius: et Idyl. 17, 50. ἑὰς δ' ἀπεδάσσαο τιμάς· vbi v. Reiſquius. Aeſchyl. Agam. 1551. ſ. Ἡ σὺ τόδ' ἔρξαι τλήσῃ, κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὑτῆς. Id. Supplicc. 813. Τίν' ἀμφ' αὑτᾶς ἔτι πόρον εὕρω γάμου, καὶ λυτήρια· vbi ſchol. ἀμφ' αὑτᾶς· περὶ ἐμαυτῆς. Xen. Apomnn. 1, 4. 9. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ σύ γε ψυχὴν ὁρᾷς· vbi alii libri legunt σαυτοῦ, vel σεαυτοῦ· Id. ib. 2, 1. 31. τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ· vbi alii edidere σεαυτῆς· add. ib. 2, 6. 35. Romm. 13, 9. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτὸν, h. e. σεαυτὸν Matth. 22, 39. Iſocr. Nicocl. p. 113. To. 1. τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν ἄδειαν ἑαυτοῖς εἶναι νομίζετε. Plut. V. Eumen. 17. p. 66. To. 4. ἐνταῦθά με δι' αὑτῶν κτείνατε. Luc. 22, 17. διαμερίσατε ἑαυτοῖς. Plura locorum huius generis exempla collegerunt Perizonius, et Kuhnius, ad Aelian. V. H. 1, 21. et 12, 1.: Heupelius ad Marc. 2, 33.: V. D. Obſeruatt. miſcc. p. 142. ſ. To. 3.: Vorſtius Philol. S. c. 3. p. 68. ſ. c. 26. p. 536. ſ.: Georgius Vindicc. p. 237. ſ.: Reizius ad Lucian. p. 845. To. 2.: Normanus ad Ariſtid. orat. ad Achil. p. 51. ſſ. 161. ſ.: Doruillius ad Charit. p. 159.: Alterus praefat. ad Odyſ. p. 46. ſſ., aliique. Itaque quum Marc. 14, 7. pro μεθ' ἑαυτῶν

ἑαυτῶν in cod. Bezae Cantabr. legatur μεθ᾽ ὑμῶν· facile intellegitur, hanc lectionem gloſſema redolere. Sed quum apud Iſocratem ad Phil. p. 232. To. 1. ἀποστῆσαι μὲν τὴν ἐμαυτȣ̃ διάνοιαν τῶν ἐχομένων ȣ̓χ οἷός τ᾽ ἦν, et Buſir. p. 158. To. 2. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ — ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτȣ̃, in Mediolanenſi exemplo pro τὴν ἐμαυτȣ̃, et τῶν ἐμαυτȣ̃, legatur τὴν ἑαυτȣ̃, et τῶν ἑαυτȣ̃· vix dubitari poſſe videtur, quin futuri ſint non pauci, qui ſcripturam libri Mediolanenſis praeferendam eſſe cenſeant vtroque in loco reliquorum librorum ſcripturae. Priſcianus gram. 17. p. 620. de hoc vſu pronominis ἑαυτȣ̃ praecipit haec, *Graeci quoque primitiuam tertiam perſonam, et ex ea compoſitam, id eſt*, ἑαυτȣ̃, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, *primae, et ſecundae, perſonae non apponunt, quomodo nec nos* ſui, *quod vim tam ſimplicis primitiui tertiae perſonae Graeci, quam compoſiti, poſſidet apud nos. Pluralem tamen compoſitam tertiam, quia non habent compoſita a pluralibus primae, et ſecundae, perſonae, neceſſario adiungunt, et primae, et ſecundae, perſonae, vt* ἑαυτῶν κηδόμεθα, *pro* ἡμῶν ἑαυτῶν, *et* ἑαυτῶν κήδεσθε *pro* ὑμῶν αὐτῶν. *Nos autem nec in plurali numero poſſumus apponere primae, et ſecundae, perſonae ſupra dictum tertiae perſonae pronomen, id eſt*, ſui, ſibi, ſe, a ſe. Sed gram. 18. p. 707. tamen primam huius praecepti partem ita mutauit, Ἑαυτȣ̃ *proprie quidem eſt tertiae perſonae: inuenitur tamen, et primae, et ſecundae, adiunctum.* Menander, Οὐχ αὑτῷ γὰρ ἐγράφη, ἀλλά σοι· τȣτέστιν, ȣ̓κ ἐμαυτῷ. *Romani autem* ipſe *quidem, quomodo et illi* τὸ αὐτὸς, *et pro prima, et pro ſecunda, accipiunt perſona;* ſui *vero nunquam, niſi in tertia, inuenitur.* Caeterum accuſat. plur. pronom. ἑαυτȣ̃ ab Atticis ita ponitur, vt idem ſignificet, quod ἀλλήλȣς. Suidas, et ex eo Phauorinus: Ἑαυτȣ̀ς, ἀντὶ τȣ̃ ἀλλήλȣ, οἱ Ἀττικοὶ λέγȣσιν. Heſychius: Ἑαυτȣ̀ς· ἀλλήλȣς·

vbi

vbi v. interpp. p. 1059. To. 1. Sed vt ſtudioſi linguae Graecae viderent, quid diſcriminis intercederet proprie inter ἀλλήλους, et ἑαυτούς· apponere placuit veterum grammaticorum ea de re praeceptum ab Euſtathio ad Odyſſ. ε p. 1547. 15. propoſitum: Ἰστέον δὲ — ὅτι οὐ ταυτὸν, ἀλλήλοις εἰπεῖν, καὶ ἑαυτοῖς· τὸ μὲν γὰρ ἑαυτοὺς, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἐπὶ τῶν καθ᾽ αὑτὰ λεγομένων τίθεται· οἷον, Αἴας, καὶ Μενοικεὺς, φασὶν, ὁ Κρέοντος, ἑαυτοὺς ἀνεῖλον, ἤγουν ἑκάτερος ἑαυτόν· τὸ δὲ ἀλλήλους ἐπί τινων συμπεπλεγμένων κεῖται· οἷον, οἱ τοῦ Οἰδίποδος παῖδες ἀλλήλους ἀπέκτειναν, ἤτοι ἕτερος τὸν ἕτερον. Μένανδρος οὖν, φασὶν, ἁμαρτάνει, λέγων, Οὐκ ἠρκέσαμεν ἑαυτοῖς· ἐχρῆν γὰρ, ἀλλήλοις, εἰπεῖν. Sic Paulus 1. Theſſ. 5, 13. dixit, εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς· vbi v. Albertius: et Xen. Epheſ. 1, 11. p. 20. Loc. ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς· vbi v. Abreſchius p. 164. Priſcianus gram. 18. p. 708. *Illi* [Graeci] *dicunt*, ἑαυτοὺς ἀδικοῦσι, *pro* ἀλλήλους. *Thucydides lib. 3.* [c. 59.], ἡμέρας τε ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης, ᾗ τὰ λαμπρότατα μεθ᾽ ἑαυτῶν [ita legit etiam cod. Vindob.: Duquerus retinuit tamen ſcripturam μετ᾽ αὐτῶν] πράξαντες, νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν. — *Romani* inter ſe *dicunt pro hoc.*

Et vt pronomen τοιοῦτος ante pronomen οἷος fere deeſt: vt, Xen. Cyrop. 1, 6. 5. παρέχοντας οὖν ἑαυτοὺς, οἵους δεῖ· 1, 2. 6. καὶ ἄλλων, οἵων δὴ εἰκὸς, vt legitur in cod. Palaeoc. Guelf. et Iunt.: ita etiam pronomina ἐκεῖνος, et οὗτος, ante pronomen ὃς omittuntur: vt, Xen. Cyrop. 7, 1. 5. πρός γε ἃ ὁρῶσι· πρὸς δέ γε ἃ οὐχ ὁρῶσιν, ἔτι κάκιον· 8, 2. 12. πρὸς τὸ πρωτεύειν παρ᾽ οἷς ἐβούλετο ἑαυτὸν φιλεῖσθαι. Sed pronomen ἐκεῖνος ipſum eleganter nonnunquam poſt nomina, et participia, ad quae refertur, ita ponitur, vt redundare videatur, vt, ὑμεῖς δὲ τὰ πρόσορα ὑμῖν αὐτοῖς τῆς Ἀσσυρίας, ἐκεῖνα κτᾶσθε, καὶ ἐργάζεσθε, Xen. Cyrop. 6, 1. 12.: ὁ γὰρ λόγχην ἀκοντῶν, ἐκεῖ-

νος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακουᾶ, Id. ib. 6, 2. 11. p. 239. Lipſ. Denique poëtae maxime tragici pronomina poſſeſſiua ſeiungunt a nominibus, ad quae proprie pertinebant, referuntque ad haec, a quibus genitiui illorum pendent: vt, Μονομάτορος εὐνέμοῖς ἐμοῖς Ἄχεσι συνῳδὸς Eurip. Phoenn. 1541. ſ.: ἢ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον Μαστοῖς ὑφεῖτο Id. ib. v. 30. ſ. v. omnino Valquenarius ad Eurip. Phoenn. 1541. p. 515. Ratio eſt, quia genitiui illi additi ſunt, velut interpretamenta pronominum poſſeſſiuorum, qui adeo coniungerentur cum nominibus, vt ita dicam, primariis.

*nempe verbum*] Scripſerat περὶ ῥήματος ſeparatim Hyperechius, grammaticus Alexandrinus: v. Suidas v. Ὑπερέχιος· et Apollonius Alexandrinus, cuius eius operis, quod ipſe commemorat in de ſynt. 1, 36. p. 77. Sylb., liber primus laudatur a Priſciano gram. 8. p. 332.: etiam Choeroboſcus, cuius τὰ ῥήματα ſaepe laudantur in Etymol. M., vt p. 501. 25.: et Eulogius, cuius τὰ δύσκλιτα ῥήματα commemorat idem Etymol. M. p. 809. 35. Hodie vero reſtat epitome libri *de differentiis, et ſocietatibus, Graeci, Latinique, verbi*, quem reliquiſſe putatur Macrobius, cuius cum operibus reliquis coniunctim ſaepius edita eſt, vt Leidae A. C. 1670. a Iac. Gronouio, p. 647. — 698. Nos quidem lectionem huius opuſculi ſperamus admodum vtilem fore linguae Graecae ſtudioſis, ita tamen, vt nec ea neglegant, quae a Priſciano etiam de verbo Graeco diſputata ſunt inde a libro octauo Grammaticae vſque ad duodecimum librum, et a Diomede gram. 1. p. 32. ſſ. Lipſ. *Verbum* enim eſt *pars orationis cum temporibus, et modis, ſine caſu, agendi, vel patiendi, ſignificatiuum*, vt definitur a Priſciano gram. 8. p. 275. Baſ.: quae eius verba fere expreſſa ſunt e verbis Dionyſii Thracis, cuius definitio verbi apud Fabric. B. Gr. 5, 7. p. 31. To. 7. pr. haec eſt, ῥῆμα ἐστι λέξις ἄπτωτος, ἐπιδεκτικὴ χρόνων τε, καὶ προσώπων,

ὤπων, καὶ ἀριθμῶν, ἐνέργειαν, ἢ πάθος, παριςῶσα. Genus igitur, vel ſignificatio, verbi, quam Graeci grammatici διάθεσιν vocant, in actione eſt, vel in paſſione: ſed actio non ſemper tranſit in alium, ſed ſaepe redit ad ipſum agentem; paſſio non ſemper extrinſecus fit, ſed ſaepe ex ſe in ſe ipſa fit intrinſecus, quae a Graecis αὐτοπάθεια, vel ἰδιοπάθεια, *reciproca paſſio*, vel *reciprocratio*, vel *ſui paſſio* [Priſcian. gram. 17. p. 809.] dicitur. v. Priſcian. d. l. p. 283. 292. Vnde διαθέσεις verborum grammatici praecipiunt eſſe tres, ἐνέργειαν, πάθος, μεσότητα· v. Dionyſ. Thrax. d. l.: atque adeo alia verba haberi *actiua*, ἐνεργητικὰ, alia *paſſiua*, παθητικὰ, alia *media*, μέσα. nam ἰδιοπάθεια media quaſi interiacet inter ἐνέργειαν, et πάθος, ita, vt etiam tempora verborum mediorum ipſa oſtentent notas temporum, et actiuorum, et paſſiuorum, atque adeo media verba ab antiquis grammaticis nonnunquam παθητικὰ dicantur. v. Etymol. M. p. 300. 43. Conf. idem p. 307. 16. 18. Ab his vero tribus verborum generibus, h. e. ἐνεργητικοῖς, παθητικοῖς, μέσοις, diverſa ſunt verba *neutra*, ἐδέτερα, vel ἀπολελυμένα, vt vocantur a Macrobio de differr. verbi Gr. et Lat. p. 695.: quorum nominis, et naturae, rationem conditor Etymologici M. v. εὔχομαι p. 401. 10. his explicauit verbis, Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι εἰσὶ τινὰ ῥήματα, ἅτινα, ἔτε ἐνέργειαν, ἔτε πάθος, σημαίνεσι, καὶ ἐδέτερα λέγονται, ὡς ἐπὶ τῦ ζῶ, πλυτῶ, ὑπάρχω. Caeterum ratione *formae*, εἴδες, verba ſunt, alia *primitiua*, ſ. *principalia* [Gell. 9, 6.], πρωτότυπα, alia *deriuatiua*, παράγωγα [Etymol. M. p. 704. 56.]· ratione *figurae*, σχήματος, alia *ſimplicia*, ἁπλᾶ, alia *compoſita*, σύνθετα, alia *decompoſita*, παρασύνθετα, h. e. *ex compoſitis facta nominibus*. v. Dionyſ. Thrax. d. l. et Macrobius d. l. p. 648. ſſ. Sed hunc de vtroque verborum genere locum diligentiſſime perſequuti ſunt Valquenarius in obſeruationibus ad origines Graecas p.

 10. ſſ.,

10. ſſ., et Lennepius in Praelectionibus de analogia L. Gr. c. 12. — c. 15.

*quae coniugatur*] Scripſerat περὶ Συζυγίας, quae etiam κλίσις dicitur, vt a Latinis, et *coniugatio*, et *declinatio*, Apollonius Dyſcolus: v. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς, et ex eo Eudocia Ἰων. p. 63.: et Philoxenus Alexandrinus περὶ τῶν Συζυγιῶν· v. Suidas v. Φιλόξενος Ἀλεξανδρινός, et ex eo Eudocia d. l. p. 424. Grammatici enim Graeci, et veteres, vt Dionyſius Thrax [v. eius τέχνη γραμματ. apud Fabric. B. Gr. 5, 7. p. 31. ſ.], et recentiores, vt Chryſoloras, et alii, coniugationem verborum deſcripſerunt in *claſſes tres*, *et decem*, ita, vt in *ſex* priores coniecerint verba βαρύτονα, quorum praeſentium literae characteriſticae eſſent literae β, π, φ, πτ· γ, κ, χ, κτ [v. Macrob. p. 651. ſ. et Priſcian. gram. 8. p. 338. ſ.]: δ, ϑ, τ, ζ, σσ, ττ· λ, μ, ν, ρ· ω purum: quibus nonnulli addidere *ſeptimam* claſſem eorum verborum, quorum praeſentia in ξ, et ψ, exeunt, vt ἀλέξω, ἕψω [v. Dionyſ. Thrax d. l. p. 32. Macrob. p. 652.]: ita, vt etiam Priſcianus d. l. p. 335. coniugationes verborum βαρυτόνων *decem* numerauerit: *tres* ſequentes attribuerint verbis περισπωμένοις, hoc eſt, in ſyllabas εω, αω, οω, deſinentibus: v. Macrob. p. 651.: vnde in grammaticorum veterum libris ſaepe laudatur ἡ πρώτη, ἡ δευτέρα, ἡ τρίτη, συζυγία τῶν περισπωμένων· v. Etymol. M. v. ϑνήσκω p. 452. 41. Euſtath. ad Odyſ. μ' p. 1723. 2. 3. 6. 10.: etiam omiſſo nomine συζυγία· v. Etymol. M. v. βοήσω p. 202. et v. ἀρόσω p. 147.: et ſimpliciter συζυγία πρώτη, δευτέρα, τρίτη· v. Etymol. M. p. 626. 10. 12.: in *quatuor* poſtremas retulerint verba in μι deſinentia, quae proficiſcuntur a verbis περισπωμένοις, et a ſexta ſpecie verborum barytonorum. Atque hos duces ſequuti ſunt multi recentiorum grammaticorum, qui non eſſent genere Graeci, vt Clenardius, Golius, et alii.

Sed

Sed vt Theodoro Gazae viſum eſt tres illas, et decem, coniugationes redigere ad quinque formas, et ſpecies, quarum ad primam referrentur verba in $\overline{\beta}$, $\overline{\pi}$, $\overline{\varphi}$, $\overline{\pi\tau}$· ad ſecundam verba in $\overline{\gamma}$, $\overline{\kappa}$, $\overline{\chi}$, $\overline{\sigma\sigma}$, $\overline{\tau\tau}$, et $\overline{\varsigma}$, quorum futurum haberet $\overline{\xi}$· ad tertiam verba in $\overline{\delta}$, $\overline{\vartheta}$, $\overline{\tau}$, et $\overline{\zeta}$, quorum futurum haberet $\bar{\sigma}$, $\overline{\tau\tau}$, ῶ purum· ad quartam verba in $\overline{\lambda}$, $\overline{\mu}$, $\overline{\nu}$, $\overline{\rho}$, ad quintam verba in $\overline{\mu\iota}$· ita nonnullis, vt Verueio in noua Via docendi Graeca, placuit conſtituere duo genera coniugationum, quorum alterum pertineret ad verba in ῶ exeuntia, alterum ad verba in $\overline{\mu\iota}$ deſinentia. Huic vero eorum rationi recte praeferenda videtur ratio Velleri, qui coniugationem omnium verborum tantum vnam eſſe docuit. Etſi enim de verbis in $\overline{\mu\iota}$ ſeorſim expoſuit: tamen coniugationem eorum non differre facile appareat ab reliquorum verborum coniugatione, dummodo pro praeſentibus eorum ſubſtituantur praeſentia obſoleta, e quibus praeſentia nunc vſitata extiterint. Caeterum vt Trypho, Alexandrinus grammaticus, ſeparatim ſcripſerat περὶ ῥημάτων ἐγκλιτικῶν, καὶ ἀπαρεμφάτων, καὶ προστακτικῶν, καὶ εὐκτικῶν, καὶ ἁπλῶς πάντων· v. Suidas v. Τρύφων· ita operam puerorum in cognoſcenda declinandi verba ratione adiuuare nuper conati ſunt Glandorpius, Berghauerus [Berol. A. C. 1794.], et Ricleſſius, editis peculiaribus libellis, qui a nobis P. 1. p. 349. laudati ſunt. Fontem vero declinationis omnium verborum eſſe declinationem verbi ſubſtantiui ἔω ſ. εἰμὶ, docere inſtituit, poſt Haſſium, Regiomontanum [v. P. 1. p. 3.], Vincentius, vulgatis opuſculis duobus, quorum alterum inſcribitur, *The origination of the Greek verb. An hypotheſis*, Londini A. C. 1794. 8. cum tabulis quinque, alterum, *The Greek verb analyſed*, eadem in vrbe A. C. 1795. 8.

*modi. — quinque*] Graeci grammatici vſi ſunt hoc in genere vocabulo ἐγκλίσεις· ſed grammaticis Latinis

 placuit

placuit pro nomine Graeco ſubſtituere nomen *modi*, quia *modi* ſunt, iis auctoribus, diuerſae *inclinationes* animi, varios eius affectus demonſtrantes, quas varia conſequitur declinatio verbi. v. Priſcian. gram. 8. p. 215. ſ. 218. Baſil. Sed *modos* etiam *ſtatus*, ſeu *qualitates* [Quinctil. 1, 4. 27.], dici poſſe, oſtendit Quinctilianus 1, 5. 41.: quo ipſo auctore nouimus, ab nonnullis grammaticis numeratos eſſe *ſex* modos, ab aliis *octo*. Addiderunt enim modis illis *quinque*, *indicatiuo*, qui etiam *definitus*, vel *definitiuus*, aut *finitiuus* [Diomed. d. l. p. 36. b], dictus eſt, quia a Graecis vocatur ἔγκλισις ὁριστική· v. Macrobius d. l. p. 667.: indicamus enim eo, vel definimus, quid agatur a nobis, vel ab aliis; *imperatiuo*, προστακτικῇ, quo imperamus aliis aliquid; *optatiuo*, εὐκτικῇ, quo optamus aliquid; *coniunctiuo*, quem etiam *ſubiunctiuum*, ὑποτακτικὴν, ſiue *adiunctiuum* [Diomed. p. 38. a], vel *dubitatiuum*, appellant: ſignificat enim ſaepe dubitationem, et ſemper eget, non ſolum aduerbio, vel coniunctione, verum etiam altero verbo, vt perfectum efficiat ſenſum: v. Macrobius d. l. p. 681. et Priſcian. 8. p. 317. 319.; *infinitiuo*, ſeu *infinito* [Macrob. d. l. p. 685.], ἀπαρεμφάτῳ, ita dicto, quia nec perſonas, nec numeros, definit, et eget vno ex quatuor ſupra dictis modis, vt ſignificet aliquid perfectum: v. Priſcian. 8. p. 319.: et quia actiones infinitae antecedunt, finitae ſequuntur: dubitari non poteſt, quin ex infinitiuo modo extiterint reliqui omnes, ita, vt Apollonius ab infinitiuo inceperit exponere verbi ordinationem: v. Priſcian. 18. p. 657.: his igitur modis quinque quidam addidere alios tres, *interrogatiuum*, ſ. *percontatiuum*, *permiſſiuum*, *imperſonalem*, alii vnum ex his. v. Diomedes d. l. p. 36. a, qui, *quos* [modos] *quinque eſſe*, inquit, *omnes fere grammatici conſentiunt*. Dionyſius Thrax τέχν. γραμματ. apud Fabric. B. Gr. 5, 7. p. 31. To. 7. Καὶ ἐγκλίσεις μέν εἰσι πέντε, ὁριστική, προστακτική, εὐκτική,

εὐκτικὴ, ὑποτακτικὴ, καὶ ἀπαρέμφατος. Caeterum indicatiuus modus ideo primus ponitur, quia perfectus eſt in omnibus, tam perſonis, quam temporibus, et quia ex ipſo omnes modi accipiunt regulam, et deriuatiua nomina, ſiue verba, vel participia, ex hoc naſcuntur. v. Priſcianus gram. 8. p. 316.

*quorum nota eſt fere ᾱ, ε̄*] In editt. Lipſſ. primis deeſt ᾱ.

*tempus — futurum*] Dionyſ. Thrax d. l. p. 31. Χρόνοι δὲ τρεῖς, ἐνεστὼς, παρεληλυθὼς, μέλλων. Τούτων ὁ παρεληλυθὼς ἔχει διαφορὰς τέσσαρας, παρατατικὸν, παρακείμενον, ὑπερσυντελικὸν, ἀόριστον· ὧν συγγένειαι τρεῖς, ἐνεστὼς πρὸς παρατατικὸν, παρακείμενος πρὸς ὑπερσυντελικὸν, ἀόριστος πρὸς μέλλοντα.

Ad p. 113. *de ſignificatione aoriſtorum — 1. Ioh. 5, 18.*] Haec obſeruatio in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, non extat. Et in Batauis quidem leguntur tantum verba haec, *De ſignificatione Aoriſtorum confer omnino Gretſerum p. 138.*

*paulo poſt fut. in toto N. T. — et 56, 2.*] Neque vero hac obſeruatione aucta eſſe videmus exempla grammaticae Lipſienſia prima. In exemplo Amſtelod. a. 1691. leguntur tantum iſta, etiam vncis incluſa, *Paulo poſt Futurum in toto N. T. nonniſi ſemel vſurpatur Luc. 19. v. 40.* οἱ λίθοι κεκράξονται. *Leuſdenius*: quibus tamen in reliquis Batauis editionibus addita ſunt haec, *niſi verius ſit fut. prim. Med. a verbo* κεκράγω. *Conf.* LXX. *interpp. Pſ.* 120, 1. 130, 1. *et Pſ.* 57, 2. Atque hac in ſententia, vt putaret, κεκράξονται eſſe paulo poſt futurum, praeter alios, fuit Reizius ad Lucian. Icaromenip. p. 31. p. 788. To. 2. Neque vero dubitari recte poteſt, quin κεκράξομαι ſit fut. primum med., ductum a praeſenti κεκράγω, quod extiterit e perf. med. κέκραγα. Hoc enim vim praeſentis habet [v. Aeſchyl. Prom. 741. Ariſtoph. Veſpp. 198. 413. Theſmophorr. 699.], quia

praeſens κράζω proprie actiuum fuiſſe videtur, vt omnia verba in ζω deſinentia, ſignificans *iubeo* aliquem *clamare*. Certe in verſione ſeptuagintauirali legitur imperf. ἐκέκραγεν, et ἐκέκραγον, Eſai. 6, 3. 4.: aor. 1. ἐκέκραξαν Pſ. 18, 41.: et imperat. κεκράξατε Ioſu. 6, 16. 1. Macc. 9, 46. Grammatici tamen veteres his in temporibus διπλασιασμὸν Atticum, et Aeolicum, ſibi inueniſſe videntur, vt ducta ſint a praeſ. κράζω. v. Etymol. M. p. 535. 51. Sed fut. pr. med. κεκράξομαι vſi ſunt, non tantum eiuſdem verſionis auctores: vt, κεκράξεται Iob. 6, 5. Eſai. 42, 2.: quo tamen in loco cod. Alex. habet κράξεται· ſed etiam alii ſcriptores optimi: vt, κεκράξομαι Ariſtoph. Rann. 266.: κεκραξόμεσθα Id. ib. 259.: κεκράξεσθε Plut. V. Phoc. 9. p. 10. To. 5. Tub.: κατακεκράξομαι Ariſt. Equitt. 287. Conſtat enim, a perfectis, et actiuis, et mediis, quae fere vim praeſentium haberent, profecta eſſe alia praeſentia: v. Herodianus apud Etymol. M. v. δεδοίκω p. 253. 27.: quam rationem ab antiquis grammaticis videmus tribui Syracuſanis, omninoque Siculis, qui lingua loquuti Dorica perhibentur: vid. Macrobius d. l. p. 667.: ſchol. Callim. ad h. in Apol. 15.; Euſtathius ad Il. έ p. 576. 36. ad Il. π' p. 1044. 32. ad Odyſ. ϑ' p. 1596. 2. 4. ώ p. 1954. 26.: et Etymol. M. p. 323. 2.: ab aliis, vt a Voſſio ad Catul. p. 114. ſ. et ad Pompon. Melam 1, 8. p. 358. Gronou. pr., Ionibus, et Aeolibus: ab aliis ſolis Ionibus: v. Euſtath. ad Odyſ. ϑ' p. 1596. 2. 9. Nos quidem talium praeſentium vtriuſque generis exempla notaueramus adhuc inter legendum haec. Ἑστήκω, vel ἑστάκω, ductum eſt a perf. ἕστηκα, vel ἕστακα· fut. ἑστήξω Ariſtoph. Lyſiſtr. 635.: ἑστήξομεν Hom. Εἰρεσ. apud Herodo. V, Hom. 33. ſ. epigram. 15, 12.: ἑστήξουσι Demoſth. p. 468. To. 1. Reiſqu.: καθεστήξει Thuc. 3, 37. 102.: infinit. ἑστήξειν Callim. h. in Apoll. 15.: vbi v. ſchol.: perf. περιέστακας Axioch. 18.:

18.: καθέϛακα οἱ ὁ Ier. 6, 17.: pluſquamperf. ἐφεϛάκει Polyb. 10, 22.: infin. ἀποκαθεϛακέναι Id. excc. legatt. 22. p. 563. To. 2. Med. ἑϛήξεται Xen. Cyrop. 6, 2. 7.: e quo loco ſumta videtur gloſſa in Lex. Heſychii: Ἑϛήξεται· ϛαθήσεται· παρεϛήξονται Anton. philoſ. 10, 36.: v. Gataquerus ad Anton. 2, 14. Sic e perf. τέθνηκα extitit praeſens τεθνήκω: fut. τεθνήξομεν Aeſchyl. Agam. 1288.: praeſ. coniunct. τεθνήκωσι Thuc. 8, 74.: vbi v. Duquerus: fut. partic. τεθνήξων Ariſtoph. Acharnn. 324.: fut. med. τεθνήξεται Zoſim. 3, 1. 7. Plato Gorg. 25. p. 97. Findeiſ.: vbi tamen Thomas Mag. v. τεθνήξεται legit τεθνήξει· v. ibi Audendorpius, et Abreſchius animaduerſſ. ad Aeſchyl. p. 382. ſ. To. 1.: infinit. τεθνήξεσθαι Herodi. 5, 8. 11.: e perf. δέδοικα praeſ. δεδοίκω Theocr. Idyl. 15, 58.: quidam enim grammatici perperam tradidere, δεδοίκω eſſe coniunctiuum, qui Dorice pro indicat. δέδοικα poſitus eſſet: v. Phavorinus v. δέδοικα· e perf. κέκλαγκα praeſ. κεκλάγκω coni. Ariſt. Veſpp. 924.: vnde fut. κεκλάγξεται ib. 925.; e perf. πέφρικα [Ariſt. Nubb. 1131.] praeſ. πεφρίκω· vnde partic. πεφρίκοντας Pind. Pythionn. 4, 325.: e perf. πέφυκα praeſ. πεφύκω· v. Theocr. Idyl. 5, 33. 93.: imperf. ἐπέφυκον Heſiod. Ἔργ. 149. Θεογ. 152.: v. Euſtath. ad Odyſ. θ′ p. 1596. 11., et ex eo Phauor. v. πεφύκω· e perf. πέποιθα praeſ. πεποίθω· πεποίθει Theocr. Idyl. 5, 28.: vbi v. ſchol.: et πεποιθέω· certe ab hac praeſ. forma profectum eſt fut. πεποιθήσω, pro quo πεπιθήσω Il. χ′, 223. a πεπιθέω legitur: πεποιθήσουσι Aqu. et Sym. Pſ. 9, 11: v. Euſtath. ad Odyſ. υ′ p. 1880. 23.: et aor. 1. ἐπεποίθησα οἱ ὁ Iob. 31, 24.: e perf. ἐγρήγορα praeſ. ἐγρηγορῶ Ariſtoph. Eccleſſ. 32.: et ἐγρηγορόω· vnde partic. ἐγρηγορόων Hom. Odyſ. υ′, 6.: ſed dialectus Alexandrina dixit γρηγορῶ· v. Proluſſ. de vitiis Lexx. N. T. 39, 5. 72.; e perf. ἀπέκτονα praeſ. ἀποκτονῶ· vnde

vnde perſ. ἀπεκτονήκατε Plat. Apol. 29.: et pluſquamperf. ἀπεκτονήκει Plut. V. Timol. 16. p. 137. To. 2. Tub.: vbi Reiſquius reponendum eſſe ſuſpicabatur ἀπεκτόνει, quod ἀποκτονεῖν nullum ſcilicet eſſet verbum: e perf. πέπληγα, et κέκληγα, et ἔῤῥιγα, praeſ. πεπλήγω, et κεκλήγω, et ἐῤῥίγω· v. Etymol. M. v. κεκλήγοντες p. 500. et Euſtath. ad Odyſ. Θ' p. 1596. 2., et ex eo Phauor. v. πέπληγον· πέπληγον enim legitur Odyſ. Θ', 264. Il. ψ', 363.: πεπλήγῃ Ariſtoph. Auu. 1350.: quod tamen eſſe poteſt perf. med. coniunct.; conf. Sylburgius ad Clenardii gram. p. 508. ſ. Han. mai.: κεκλήγοντες Hom. Il. π', 430. Heſiod. Ἀσπ. 379.: ἐῤῥίγοντι Heſiod. ib. 228. Conf. Portus Lex. Dor. v. ἐνεστῶτες· Metarius p. 214., et Koenius ad Gregor. p. 81. ſ. Caeterum diligentius, copioſiuſque, de hoc verborum genere exponere ad Dionyſii Thracis Τέχνην Γραμματικὴν conſtituerat Iſaacus Voſſius. vid. notae eius ad Pompon. Mel. 1, 8. p. 358. Gronou. pr.

*praeterita — pro praeſenti — adhibentur*] Editiones libri Lipſienſes primae carent hoc praecepto. Quod etſi recte ſe habet, vt paulo poſt exemplis idoneis docebitur: tamen in editionibus Batauis, aliiſque, eius confirmandi cauſſa, praeter perf. ἤλπικεν, laudatur praeter. partic. ὁ παρεστηκὼς, adiectis verbis *qui adſto Luc. 2, 19.* At ὁ παρεστηκὼς per ſe habet vim praeſentis continui, quum praeterito perfecto verbi ἵστημι in omnibus modis, atque adeo participio, conſtet impoſitas eſſe partes praeſentis medii, ita, vt ſignificaret continuationem actionis.

*imperatiuus futuris caret etc.*] Neque hanc obſervationem exempla libri Lipſienſia prima habent. Scilicet apud Graecos imperatiuus futuris caret, qua terminationem, non item qua poteſtatem. Nam vterque aoriſtus etiam futurum vtrumque complectitur, quia, et aoriſti,

aoriſti, et futura, iiſdem ſignis in indicatiuo dignoſcuntur: vt, ἔτυψα, ἔτυπον, τύψω, τυπῶ, τύψον, τυπέ· ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθήσομαι, τυπήσομαι, τύφθητι, τύπηθι· ἐτυψάμην, ἐτυπόμην, τύψομαι, τυπῦμαι, τύψαι, τύπȣ. Quam quidem in rem digna ſunt, quae legantur, praecepta Macrobii d. l. p. 681. et Priſciani gram. 8. p. 301. ſ.

*huc addi vulgo ſolet coniunctiuus etc.*] At vero vir quidam doctus Obſeruatt. miſcell. nouu. p. 13. ſ. To. 3., h. e. Abreſchius: v. Lectt. Ariſtaenn. p. 280. et animaduerſſ. ad Aeſchyl. p. 537. To. 1.: docere conatus eſt, coniunctiuum apud Graecos omnino carere futuris, qua terminationem ſcilicet peculiarem, et locos librorum veterum, qui prae ſe ferrent eorum formam, a librariis, grammaticiſue, imperitis eſſe deprauatos. Hos enim homines putabat, quod particulas quaſdam nouiſſent aliis temporibus additas ſequi fere coniunctiuum, eaſdem futuris indicatiui iunctas, ad eandem ſtructuram etiam haec accommodaturos, verba ſcriptorum integra corrupiſſe. Itaque pro καυθήσωμαι 1. Corr. 13, 3. reſcribendum eſſe cenſebat καυθήσομαι, et κερδηθήσονται pro κερδηθήσωνται 1. Pe. 3, 1. Sed ne forte temere ita ſtatuiſſe videretur, auctoritate multorum locorum idoneorum comprobare ſtuduit, etiam particulas ἵνα, et ὅπως, coniungi ſolere ſaepiſſime cum futuro indicatiui ab optimis ſcriptoribus, atque adeo a N. T. auctoribus: vt, ἵνα ἔϛαι ἡ ἐξȣσία αὐτῶν Apoc. 22, 14.: ὅπως οἱ βέλτιϛοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξȣσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδικηθήσονται, Iſocr. ad Nicocl. p. 38. Lyc. min.: ὅπως ὅτι βέλτιϛα παιδεύσομεν αὐτὰ Xen. Oecon. 7, 12. Plures huius generis loci laudabuntur a nobis in capite de Coniunctionibus. Hac vero ex re idem ille vir doctiſſimus rectiſſime collegit, nihil impedire plane, quo minus βληθήσῃ Matth. 5, 25., et ὀφθήσῃ apud Iſocr. ad Demonic. p. 5. Steph., eſſe dicerentur futura indicatiui.

dicatiui. Quibus quidem locis addendos eſſe cenſemus hos: ἵνα μȣ πλησθήσῃ τῶν διαβολῶν Charit. 5, 5. p. 87. Amſtel.: ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τȣ̃ Χριςȣ̃ 1. Corr. 9, 18. Neque enim dubitari vllo modo poſſe putamus, quin ſententia Abreſchii omnium aſſenſione comprobanda ſit. Et primum quidem. quod a Priſciano gram. 8. p. 303. praecipitur, ſubiunctiuum apud Graecos coniuncta habere tempora, et a Macrobio d. l. p. 682., Graecos in coniunctiuo tempora bina coniungere, vt praeſens, et imperfectum, perfectum, et pluſquamperfectum, id ſane etiam in aoriſtum vtrumque, et vtrumque futurum, cadit, ob cauſſam ſupra, quum de imperatiuo futuris carente diſputatum eſt, propoſitam. Accedit, quod aoriſto vtrique vis futuri perfecti Latinorum conciliari, adiuncta particula ἂν, poteſt. Deinde certiſſimum eſt, Graecos, praecedente praeſenti, poſt coniunctiones ὅπως, et ἵνα, continuationem actionis alicuius futurae, quae a Latinis praeſenti coniunctiui exprimenda ſit, indicare ſolere futuro indicatiui, ita, vt Thomas Magiſter v. ἵνα huius verborum conſtructionis auctores ſine cauſſa inſcitiae inſimularit: ſed aeque certum habetur, librarios multos talibus in locis vocales, indicatiui indices, mutaſſe in vocales, coniunctiui notas, ita tamen, vt, ſi non in multis, at ſaltem in nonnullis, optimae notae codicibus verae ſcripturae veſtigia remanſerint. Sic Matthaeius, codicum ſuorum fide, reſtituit 1. Corr. 13, 3. καυθήσομαι· 1. Pe. 3, 1. κερδηθήσονται· Apoc. 13, 16. ἵνα δώσȣσιν· vbi alii δώσωσιν legunt, alii δῶσιν, e quo in aliis libris extitit δώσῃ· ſed ab editoribus N. T. etiam Ioh. 17, 2. et Apoc. 8, 3. pro ἵνα — δώσῃ reſcribi ἵνα — δώσει poterat, et vero debebat: vt apud Thuc. 5, 36. pro ὅπως παραδώσωσι Duquerus recte edidit ὅπως παραδώσȣσι· qui tamen oblitus eſt 6, 78. reponere ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν pro ὅπως μηδὲν ἐνδώσωμεν, et 7, 32, ὅπως μὴ διαφήσȣσι — κωλύσȣσι e codd.

e codd. plurimis pro ὅπως μὴ διαφήσωσι — κωλύσωσι· cuius ipſius inconſtantiae accuſari Veſſelingius debet: qui apud Herodo. 7, 159. pro ὅκως — παραδώσωμεν ſcienter reſcripſit ὅκως — παραδώσομεν, ſed 6, 133. operas ſcribere iuſſit, ὅκως — δώσωσι, et ὅκως διαφυλάξωσι, quum tamen in cod. Aſk. ſcriptum extet διαφυλάξουσι, vt in eodem libro, aliiſque, δώσουσι. Sic Reiſquius Theocrito Idyl. 27, 21. pro μὴ — δώσῃ reddere debebat μὴ δώσει, neque, repugnante conſequutione temporum, μὴ — δώῃς· vt apud Iſocr. Panegyr. p. 212. To. 1. Bat. in exemplo Mediol. recte ſcriptum extat, ὅπως ἀπαλλαγησόμεθα, neque ὅπως ἀπαλλαγησώμεθα, vt Lycius, aliique, ediderunt: qui iidem Aeginet. p. 527. To. 2. dederunt, εἰ μὴ πάντες πεισθήσησθε, pro εἰ μὴ πάντες πεισθήσεσθε, quae eſt recta eiuſdem exempli Mediol. ſcriptura: et quanquam apud eundem Iſocr. ep. 6. p. 473. To. 1. Bat. legitur in Ald. et cod. Helmaep., ἐὰν μὴ — λογιῆσθε, tamen dubitari vix poteſt, quin corrigi debeat, ἐὰν μὴ λογίσησθε, neque λογίζησθε, vt Lycio reſcribere placuit, quum ſequatur, καὶ βουλεύσησθε. Sic apud Cebetem tab. 4. p. 165. Schroed. pro εἰ μὲν προσέξητε, — καὶ συνήσητε reponi debet εἰ μὲν προσέξετε, — καὶ συνήσετε· cuius generis loci alii laudabuntur a nobis in capite de verbis in μι deſinentibus, ad gram. p. 193. Itaque vana ſunt ea, quae, cum ab Aemilio Porto in Lex. Dor. v. δώσῃ diſputata ſunt de forma aor. 1. ſubiunctiui actiui δώσω poëtica, tum de vſu fut. ſubiunctiui a Georgio Hierocrit. 1. p. 159. ſ. Conf. Apollon. Alex. περὶ συντάξ. 3, 30.

*aoriſti vt praeteritorum ſignific. gaudent etc.*] Deeſt haec obſeruatio in editt. Lipſſ. primis: et in editt. Batauis, aliiſque, εὐδόκησα ſine cauſſa redditum legitur Latine, *lubens*, *et ſumma cum animi delectatione*, *acquieſco*. vid. Proluſſ. ad libros V. et N. T. 1, 3. p. 9. 12. ſ.

12. ſ. Neque vero confirmari praeceptum illud debebat exemplo, ἐὰν θέλῃ, quum θέλῃ ſit praeſens, neque aor. ſubiunctiui: immo apponendum erat exemplum, ἐὰν θελήσῃ *ſi voluerit* ſ. *velit* Iac. 4, 15.

Neque enim Clarquius ſolum iam ad Hom. Il. ά, 37. de natura, et vſu, temporum apud Graecos accurate expoſuit, ſed etiam Reizius de temporibus, et modis, verbi Graeci ſingularem libellum ante hos duo, et triginta, annos Lipſiae edidit, et poſt eum in hac ipſa grammaticae Graecae parte multum ſtudii poſuerunt Seidenſtucquerus in opuſculo lingua patria compoſito, quod inſcribitur *Auffaetze paedagogiſchen, und philologiſchen, Inhalts*, et A. C. 1795. octonis Helmaepoli vulgatum eſt, et Ioh. Primiſſerius in libello, cuius index eſt, *Gedanken über das Trendelenburgiſche Syſtem der Griechiſchen Coniugation* [Lipſiae A. C. 1793. 8.]. Vterque oppugnauit rationem declinationis verborum a Trendelenburgio nuper in praefatione ad grammaticam Graecam, Lennepio [Praelectt. academm., de anal. linguae Gr. c. 4. — 9. et apud Villoiſon. animaduerſſ. ad Longi Ποιμεν. p. 248. — 258. atque Burgeſſium ad Daueſii miſcc. critt. p. 371. ſſ.], aliiſque diſciplinae Hemſterhuſianae alumnis, praeeuntibus, propoſitam. Hi enim docent, linguam Graecam carere verbis mediis, qua terminationem, quae ſit paſſiua, et qua formationem, quae ſit, vel actiua, vel paſſiua, quum tamen Hebraica quoque lingua, cuius veſtigia multa in Graecorum ſermone comparent, hoc genus verborum oſtentet: tempora verborum mediorum, eſſe tempora, vel verborum paſſiuorum, vt imperf., aor. 1., fut. 1., vel actiuorum, vt perf., et pluſquamperf.: neque actiua verba, neque paſſiua, habere fut. 2., et aor. 2., quod aor. 2. act. et med. ſint imperf. act. et paſſ. formae praeſ. inuſitatae; ſed aor. 1. et 2. paſſ. ſint imperf. praeſentium obſoletorum in μι deſinentium, a quibus etiam fut. 1. et 2. paſſ.

ducta

ducta ſint; fut. 2. act. eſſe futurum a forma praeſ. obſoleti ductum; fut. 2. med. eſſe formam praeſ. paſſ.; denique paulo poſt fut. paſſ. eſſe formam fut. paſſ., quae profecta ſit a forma praeſ. obſoleta. Haec igitur praeclara ſcilicet commenta ingenii, quae ipſe vſus loquendi ſcriptorum vanitatis facile conuincat, cognoſci ex ipſis auctorum libris poſſunt ab iis, qui velint boni temporis iacturam ita facere, vt noua, ſed inutilia, antiquis, ſed vtiliſſimis; recte praeferri poſſe putent. Nobis quidem, qui antiqua hoc etiam in genere amamus, quae auctoritate, et ipſorum ſcriptorum, et grammaticorum veterum omnium, confirmentur, propoſitum tantum hoc eſt, vt praecepta Velleri, vel explicemus, comprobemuſque, vel corrigamus, atque ſuppleamus, non vt inuenta recentiorum grammaticorum inania proferamus. *Liceat nobis*, Doruillius inquit [ad Charit. p. 202], *in antiquo haerere luto, et ter mille fere annorum errorem impune errare, dum nouicia haec ſapientia ſaltem aliquot ſaeculorum adquiſiuerit auctoritatem, et lingua Graeca παλιγγενεσίαν nacta fuerit, parilibus Aeſculapiis obſtetricantibus.* Itaque nos iam rationibus adoleſcentium linguae Graecae ſtudioſorum ita conſulere conati ſumus, vt quae adhuc inter legendum de natura, et vſu, temporum, eorumque conſequutione, obſeruauiſſemus, ea in medio poneremus. Plura hac de re in loco de Coniunctionibus dicentur.

1. *Praeſens*, χρόνος ἐνεστὼς, *indicat.*; Clarquius ad Il. ά, 37. vocat *praeſens* rei *imperfectae;* eſt praeſ. indicat. Lat.: ſed, addita particula ἂν, pro qua poëtae etiam particulam κὲ poſuere, reſpondet Praeſ. Lat. coni.: quibus tamen in locis grammatici fere coniunctiuum ſubſtituere, vel optat.: vt, κᾂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν Ariſtoph. Plut. 216.: vbi tamen cod. Vatic. et Doru. pro κᾂν legunt κ' εἰ· κᾂν με δεῖ δι' ἡμέρας Id. Rann. 267.: οἴει ἂν Aeſch. Socr. 1, 12.: vbi cod. Aug. οἴῃ ſine cauſſa: οὐδ', ὅ, τι ἂν δίδως, ὡς ἔοικε, δέχεσθαι

παρὰ

*παρὰ σοῦ ἀναίτιόν ἐστιν* Xen. Cyrop. 5, 5. 9.: vbi Zeunius e cod. Guelf. edidit *ἂν διδῷς·* repugnante, vt videtur, verbo *δέχεσθαι·* Plato Alcib. 1, 2. *οὐκ ἂν αὖ δοκεῖς μοι ἐθέλειν·* Criton. 8. *ἔμοιγε δοκεῖ ἂν ὅμοιος εἶναι·* Cratyl. 11. *ἥτις ποτ' ἂν ἐστιν αὐτοῦ ἡ ὀρθότης·* vbi Steph. coni. *εἴη·* c. 36. *ὡς ἂν, οἶμαι, δοκεῖ·* vbi Steph. edidit *δοκῇ·* c. 44. p. 93. *ἕτερον ἂν τι, καὶ ἀλλοῖον, σημαίνει·* vbi Steph. *σημαίνῃ·* ita, vt etiam c. 16. reſcribendum putemus *τί ἂν ποτε νοεῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες*, pro *νοοῖ·* Pind. Pythionn. 2, 160. ſ. *χῶταν — τηρέοντι·* vbi tamen Ald. *τηρέωντι.* Et quia is, qui aliquid fecit, cogitari poteſt, vt is, qui aliquid faciat; quia id, quod factum eſt, quod alicui accidit, fingi cogitatione poteſt, vt id, quod fiat, vt id, quod ei accidat: propterea hoc ipſum tempus ſaepe ponitur ita, vt partes temporis praeteriti perfecti agat: vt, *τὸν Πλοῦτον — ἥκει Ἄγων ὁ δεσπότης* Ariſt. Plut. 284. coll. v. 265.: vbi pro *ἥκει* eſt *ἀφῖκται· χαρίεντά γε ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων* Id. ib. 850. add. Herodo. 2, 114. Xen. Cyrop. 5, 3. 14. 6, 3. 7.: v. index Graecit. Theophr. v. *ἥκειν*, et Valquenar. ad Eurip. Phoenn. p. 383.: *ἀναγνῶναι δέ σοι, ἔφη, καὶ ἃ ἐπιστέλλω, βούλομαι — νῦν πέμπων ἐπὶ στράτευμα εἰς Πέρσας, ἐπιστέλλω*, Xen. Cyrop. 4, 5. 12.: *ὡς ἔφασαν λέγειν τοὺς ἀκούοντας* Id. ib. 3, 3. 22.: *ὅτι — φαίη μετὰ τοῦ ἀδικουμένου ἔσεσθαι* Id. ib. 2, 4. 6.: vbi Zeunius e cod. Guef. ſine cauſſa edidit *μετὰ τοῦ ἠδικημένου·* vt Nigrinus apud Theophr. charr. 1, 1. *ἡττημένοις* pro *ἡττωμένοις·* vbi v. notae noſtrae: *ἦν δὲ τὰ μὲν παρατιθέμενα ἀεὶ ἴσα αὐτῷ τε, καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον*, Xen. Cyrop. 2, 1. 15.: *ὁ δὲ μὴ νικῶν τοῖς μὲν νικῶσιν ἐφθόνει* Id. ib. 8, 2. 13. Sed praeſens ponitur pro praeter. perf. etiam tum, quum ſignificatur, factum eſſe aliquid continuo: vt, Xen. Cyrop. 6, 1. 24. *ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος κελεύει πέμπειν πρὸς τὸν ἄνδρα·* vbi cod. Guelf. *ἐκέλευε* legit,

legit, et Zonaras ἐκέλευσε habet. male. nam eodem loco ſic poſita extant praeſentia, πορεύεται — πέμπει — κελεύει.

2. *Praeter. imperf.* [Priſcian. 8. p. 300.], χρόνος παρατατικὸς, *indic.;* Clarquius d. l. vocat *praeter. imperfectae rei;* eſt praeter. imperf. indicat. Lat.: ſed, adiuncta particula ἂν, exprimit praet. imperf. coni. Lat.: vt, Κἄγωγ' ἂν ἔζην — Κοὐκ' ἂν μονωθεὶς ἔστενον, Eurip. Alceſt. 651. ſ.: οὐδεὶς γὰρ ἂν ἦν Xen. Cyrop. 7, 5. 21.: vt 7, 5. 18. οὐκ ἂν σοι ἐδυνάμην προσελθεῖν· 2, 4. 4. κόσμος ἂν ἦν τοῦτο· 3, 3. 10. ἴσως τὸ ἀσφαλέστατον ἦν ἂν αἱρετέον· Palaephat. prooem. 6. οὐκ ἂν ἐλέγετο· οὐκ ἂν ἡρπάζοντο Herodo. 1, 4. add. id. 1, 187. 2, 173.: ἂν ἔλεγον — ἂν ἐποίουν — ἂν εἶχον, Plut. apophthegmm. Laconn. p. 213. To. 8. Tub.: οὓς ἂν ἡμεῖς — ἐφυλάττομεν Aeſchin. Socr. 1, 12. Vid. Ienſius Lect. Luciann. 1, 4. p. 28. Cicero ipſe verba Platonis Phaedr. p. 204. Baſ. 2. δεινοὺς — ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, interpretatus eſt Off. 1, 5. verbis, *mirabiles amores excitaret.* Interdum imperf. indicat. habet hanc vim etiam ſine particula ἂν. v. ad Aeſchin. Socr. 1, 12. 10. Sed ſaepe hoc tempus, ab Atticis maxime, vſurpatur pro praeſenti tum, quum dicitur debere aliquid eſſe, vel fieri, ita, vt verendum appareat, vt ſit, fiatue, et quum quis dicitur debere, vel debuiſſe, aliquid facere, vel dicere, ita, vt vereamur, ne tergiuerſetur, et cunctetur, vel vt id faciat, aut dicat, feceritue, aut dixerit: quibus in locis grammatici fere praeſens ſubſtituerunt pro imperfecto. v. ad Plat. Apol. 1, 4. Sic, λέγειν ἐχρῆν Ariſt. Auu. 1201.: ἐχρῆν τὶ δρᾷν Id. Rann. 576.: χρῆν ἐννοεῖν Plato Gorg. 12. p. 59.: vbi cod. Merm. et Aug. χρὴ, vt cod. Palaeoc. apud Xen. Cyrop. 8, 1. 1.: οὐ τοῦ τεκόντος δήπου ἔδει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν Plato Cratyl. 14. v. Thomas Mag. v. προσήκει μοι τόδε. Sed poſſunt huiuſmodi loci etiam ex ea ratione explicari,

qua optimus quiſque ſcriptor hoc tempus ita ponere ſolet, vt complectatur omnia tempora, hoc eſt, ſic, vt pro eo ſubſtitui poſſit εἴωθα, vel φιλῶ, ſequente praeſenti infinitiui, vel praeſens ſimpliciter: cuius rationis vſum Ionibus tribuit Euſtath. ad Il. χ΄ p. 1269. 58.: vt, Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτῦ Hom. Il. α΄, 218.: Ἠΰτε βῦς ἀγέληφι μέγ᾽ ἔξοχος ἔπλετο πάντων Ταῦρος Id. Il. β΄, 480. ſ.: τά μιν φέρον ἡμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν Id. Il. ω΄, 341., h. e. *portant* Virg. Aen. 4, 241.: Theocr. Idyl. 21, 22. ſ. Ψεύδοντο, φίλε, πάντες, ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον Τᾶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τάματα μακρὰ φέρει Ζεύς. nam poëta vſus hoc potiſſimum tempore eſt, vt reſponderet imperf. ἐσεῖδον v. 29. Alii huius generis loci ſunt apud Heſiod. Ἔργ. 11. Θεογ. 10. Hom. Odyſ. α΄, 97. Plat. Cratyl. 7. 9. 18. 23. Aeſchin. Socr. 2, 34. Marc. 14, 12.: vbi v. Elſnerus. Et grammatici, atque librarii, interdum huiuſmodi in locis pro imperf. ſubſtituerunt praeſens: vt apud Xen. Cyrop. 7, 5. 23. libri editi omnes habent γίγνονται, repugnante conſequutione temporum, ſed cod. Palaeoc. ἐγίγνοντο. Atque huc referri debere videtur ἐπεφύκει Plat. Cratyl. 5. pro πέφυκε. nam vt πέφυκε, qua vim, eſt praeſens, ita ἐπεφύκει praeterito imperfecto reſpondet. Conf. Graeuius ad Heſiod. Ἔργ. 185. et nos proluſ. 13. in Cratyl. p. 15. ſ.

3. *Praeter. perf.* [Priſcian. 8. p. 300.]; Clarquius ad Il. α΄, 37. vocat *praeſens rei perfectae;* Graece παρακείμενος [Etymol. M. p. 483. 51.]; Stoici dixere τέλειον ἐνεστῶτα [v. Priſcian. 8. p. 310.]; *indic.* reſpondet praet. perf. indicat. Lat., atque adeo indicat tempus praeſens rei perfectae, et certum. Sed qui aliquid fecit, hunc in genere non vno cogitare licet, vt eum, qui facturus ſit, et faciat, aliquid, et ante factum, et poſt illud, ita, vt tempus praeteritum perfectum vi ſua tum, et futurum tempus, et praeſens, complectatur.

tur. Graeci igitur tempore praeterito perfecto vtuntur ita, vt Latine reddi debeat praeſenti, vel ſimpliciter, vel addito comite verbo *ſoleo:* quibus in locis grammatici perf. ſaepe explicarunt praeſenti, quod librarii fere in ordinem receperunt. Sic, ἐςιν, ὅστινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; Xen. Apomnn. 1, 4. 2.: vbi v. Erneſtius: ἀδύνατον πεπίςευκεν Palaeph. fab. 1, 1.: vbi v. nos: ſed male ibi hanc in rem laudauimus, praeeunte Erneſtio ad Xen. Apomnn. 1, 4. 2., locum Homeri Il. ά, 37., quum ἀμφιβέβηκας ſit, qua vim, praeſens medium ἀμφιβαίνει, quia βέω, vel βῆμι, pro quo lingua Graecorum communis βαίνω dicere inſtituit, proprie actiuum eſt, neque neutrum: vid. Il. ά, 143. ſ.: τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάςαι πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς, Xen. Cyrop. 8, 8. 10.: ὁ γὰρ κρατῶν ἅμα πάντα συνήρπακε Id. ib. 4, 2. 12.: vbi tamen in cod. Guelf. et Iunt. aeque recte ſcriptum legitur συνήρπασε· Μῆτερ, οὐ λόγων ἀγών ἐς', ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος Οὑν μέσῳ μάτην, Eurip. Phoenn. 601.: αὕτη δὲ δὴ ἡμῖν ἡ τοιαύτη, καὶ οὕτω πεφυκυῖα, ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος, εὐθὺς διαπεφύσηται, καὶ ἀπόλωλεν, Plato Phaedon. 29.: ὅσα ἠξίωται ταύτης τῆς προσρήσεως τοῦ εἶναι Id. Cratyl. 35.: μῦθον πέφραδε πᾶσι Hom. Odyſ. ά, 273.: ὥσπερ γὰρ καὶ ἄλλαι τέχναι διαφερόντως ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσιν ἐξειργασμέναι εἰσὶ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ παρὰ βασιλεῖ σῖτα πολὺ διαφερόντως ἐκπεπόνηται, Xen. Cyrop. 8, 2. 4.: τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν δίαιταν. — ἀνάγκη, οἶμαι, ταῦτα οὕτω ποιούμενα, πολὺ διαφερόντως ἐξειργάσθαι ἕκαςον, Id. ib. 8, 2. 5.: vbi cod. Bud., Camerario auctore, legit ἐξεργάζεσθαι· vt ib. 2, 3. 5. ἀλλὰ πᾶσι καὶ τοῦτο προκέκριται κάλλιςον εἶναι. Νῦν δὲ, ἔφη, ἡμῖν καὶ δέδεικται μάχη· vbi codd. Brodaei habebant δείκνυται· Eurip. Phoenn. 563. καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε, h. e. νομίζεις, interprete ſchol. Au-

 guſt.:

guſt.: vt, Τί τὴν τυραννίδ' — Τιμᾷς ὑπέρφευ, καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε; Eurip. Phoenn. 562. ſ.: Act. 26, 2. ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, h. e. *aeſtimo me beatum*, vt recte reddidit interpres Lat. vetus: et apud Xen. Cyrop. 8, 2. 3. p. 351. Lipſ. ἃ οἱ θεοὶ ὑφήγηνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς. Sic ib. 1, 2. 3. οἱ πεπαιδευμένοι ſunt *ii*, *qui educari*, *et inſtitui*, *ſolent*, qui educantur, et inſtituuntur: et ſ. 5. ᾑρημένοι εἰσὶν ἐπὶ τοῖς παισὶν eſt *delegi ſolent*, deleguntur, *qui praeſint pueris:* vt recte legitur in codd. Brod. Guelf. Brem. Palaeoc. add. Pindar. Olympp. 2, 178. Pythionn. 1, 25. et omnino Plato Cratyl. 17. Graecos imitati ſunt hoc etiam in genere Latini: vt, Horat. 1. ep. 2. 47. ſ. *non aeris aceruus*, *et auri*, *Aegroto domini deduxit corpore febris*, *Non animo curas:* Id. 1. ep. 5, 19. *Fecundi calices quem non fecere diſertum?* Id. 3. od. 23, 18. ſ. *Non ſumtuoſa blandior hoſtia* Molliuit *auerſos penateis:* vbi v. Bentleius. add. Horat. A. P. 343. 468.

4. *Praeter. Pluſquamperfectum* [Priſcian. p. 300.] *indic.*, quod Clarquius ad Hom. Il. ά, 37. vocat *praeteritum rei perfectae*, et Graeci grammatici ὑπερσυντέλικον, reſpondet per ſe pluſquamperf. indic. Lat.: v. Xen. Cyrop. 6, 2. 4. 5.: ſed addita particula ἄν, pluſquamperf. coni. Lat.: vt, πλείονα δ' ἄν τέτων εἰρήκειμεν Plut. apophthth. regg. p. 112. To. 8.: πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην τῦ ἔρωτος Plato Alcib. 1, 2.: ὐδὲν γὰρ ἂν τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἦμεν πεπονθότες; Iſocr. Plataic. p. 344. ſ. To. 2. Vid. Ienſius lectt. Luciann. 1, 4. p. 29.

5. *Aoriſtus primus*, et *ſecundus*, ὁ πρῶτος, et ὁ δεύτερος, ἀόριστος, quibus Latinitas caret, ſignificant, hic quidem tempus praeter. rei perfectae, incertum, et infinitum, idque continuum, ille idem tempus, neque tamen continuatum. Atque hanc ipſam ob cauſſam

ponitur

ponitur vtrumque tempus ſaepe, vt praeteritum perf., ſic, vt omnia complectatur tempora, atque adeo Latine reddi debeat, vel praeſenti indic. ſimpliciter, vel praeſ. infinit. adiuncto verbo *ſoleo*, ita, vt facile appareat, quare grammatici Graeci haec tempora fere praeſenti explicarint. Sic, θεὸς ναύτῃσιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν Hom. Il. η, 4.: αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες Ποινὰς ἔτισαν Pind. Olympp. 2, 103. ſ.: ὡς τὰ μὲν πυργᾶσ' ἄνω Τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκᾶντ' ἀπώλεσαν, Eurip. Troadd. 608. ſ.: Οὐδ' ὁ χρόνος αὐτὰς διεσάφησ' ἔσας κενὰς Id. Phoenn. 411.: Χ' ἐκ ἔςι νόσος, Τῆσδ' ἥντινα ἀπέπτυσα μᾶλλον Aeſchyl. Prom. 1068. ſ.: Εὐθὺς κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς κάτω Ariſtoph. Plut. 238.: Κλέπτων δὲ τὲς βλέποντας ὑπερηκόντισεν Id. ib. 666.: ἐνίκασε — ὁ ςραταγὸς — εὐπλόησεν ὁ κυβερνάτας Euryphain. fragmm. Pythagg. p. 668. ſ. Gal. 2.: ταῦτα ὁ φίλος πρὸς τὲς φίλες ἐξήρκεσεν Xen. Apomnn. 2, 4. 7.: vbi v. Erneſtius: καὶ ὑμεῖς ἡμῖν ἐπιςεύσατε καλῶς διαπεφυλάχθαι Id. Cyrop. 4, 5. 15.: vbi cod. Guelf. legit πιςεύετε, quod tamen alia manus mutauit in ἐπιςεύσατε· διέφθειρέ τε πολλὰ, καὶ ἠδίκησεν, Plato Sympoſ. 13.: vbi Baſ. 2. habet ἀδικεῖ· μάλιςα ἐδέησεν Xen. Cyrop. 6, 2. 11.: vt legunt Iunt. Ald.: ſed librarius cod. Gu. ſcripſerat δεήσει, vt Stephanus, aliique, edidere: quod tamen alia manus mutauit in ἐδέησεν· ad quam ſcripturam accedit ſcriptura cod. Palaeoc. σ'δεησειν· τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε Iſocr. ad Demon. p. 16. To. 1.: κάλλος μὲν γὰρ, ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε, Id. ib. p. 19.: Καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι· τὺ δ' ἄςυκά μ' ἐκ ἐφίλησεν, Ἀλλ', ὅτι βωκόλος ἐμμὶ, παρέδραμε, κ' ἐκ ποτακὲει, Theocr. Idyl. 21, 31. ſ.: ἐπὶ τῇ ὠδῖνι αὐτῆς ἐκέκραξε Eſai. 26, 17.: vbi edit. Complut. κράζει, vt vulg. *clamat*, ex alia, vt videtur, verſione: vt cod. Bezae Cantabr. Marc. 9, 22. εἰς πῦρ, καὶ εἰς ὕδατα, βάλλει pro

 εἰς


*pro* τέτυφσθον κ. τ. λ.] Immo pro τέτυπσθε, τέτυπσθον, τέτυπσθε· τετύπσθω, τετύπσθαι· nam τέτυμμαι extitit ex τέτυπμαι, neque ex τέτυφμαι, vt τέτυφα ex τέτυπκα.

τετυμ. ἦσαν] Sic, ἦσαν καταλελειμμένοι Herodo. 3, 11.

*vt dicitur* πεποίηνται — *κέκρινται*] Sic, κέκτηνται Eurip. Phoenn. 558.: vbi v. Barneſius, itemque ad Herc. fur. 547.: πεπαίδευνται Xen. Oecon. 6, 7.: δέδενται Cebes tab. p. 200. Berqu.: ἐπικέκληνται Eſai. 43, 7.

*Attice in indicat. — ſit contractio*] Vid. Metarius p. 62. Neque tamen ſemper tum in perſ. ſec. ſing. indicat. contractionem fieri apud Atticos, docuit Georgius Hierocr. 1. p. 183. ſ.: vt, δύνασαι Xen. Oecon. 4, 1. 11, 25. Quod quidem ſecus eſt in coniunctiuo: vt, ἐὰν δύνῃ Xen. Apomnn. 3, 3. 2. Phrynichus eclogg. p. 158. Δύνῃ, ἐὰν μὲν τοῦτο ὑποτακτικὸν ᾖ, ἐὰν δύνωμαι, ἐὰν δύνῃ, ὀρθῶς λέγεται· ἐὰν δὲ ὁριστικῶς τιθῇ τις, δύνῃ τοῦτο πρᾶξαι, οὐχ ὑγιῶς ἂν τιθείη· χρὴ γὰρ λέγειν, δύνασαι τοῦτο πρᾶξαι.

Ad p. 147. *caeterum legitur* ὀδυνᾶσαι — *Rom.* 2, 17. 23.] Exempla Batauа legunt ſimpliciter, ὀδυνᾶσαι *cruciaris* Luc. 16, 25., *pro* ὀδυνάεσαι, ᾶ, *et* ε, *in* ᾶ, omiſſo loco altero. In editt. Lipſſ. primis verba iſta omnia deſunt.

*formatur ab actiuo etc.*] Vid. Macrobius p. 664. Nam perſona ſec., et tert., ſing. ductae ſunt a perſ. ſec., et tert., act. Aeolica, τύπτες, τύπτε. Sed Lennepius p. 95. putabat, τυπτόμεθα, τυπτόμεθον, τύπτονται, extitiſſe e praeſ. τύπτομαι, ſed τύπτεσαι, τύπτεται, τύπτεσθον, τύπτεσθε, nata eſſe e praeſ. τύπτεμαι.

*quaedam, more Boeotico — habent* ει] Haec vero perſ. ſec. ſing. praeſ. paſſ., et med., et futurorum paſſ., et med., indicat. extitiſſe tum videtur, quum litera η

ra η̄ nondum eſſet in alphabetum recepta, ita, vt eam Attici maxime vſurparint, retinuerintque etiam tum, quum alphabetum litera η̄ auctum eſſet, quo facilius haec perſona diſcerni poſſet a perſona ſec. coniunctiui paſſiui, et medii. v. Metarius p. 63.: animaduerſſ. P. 1. p. 119. ſ. et ad Plat. Politic. 6, 2. Etymol. M. v. εἶ p. 300. 44. Καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῖν γραφόμενα δεύτερα πρόσωπα παθητικὰ διὰ τοῦ η̄, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τῆς ει̅ διφθόγγου γράφεται. Idque, non tantum ab Atticis recentioribus [v. Suidas v. ἅπτεσθαι] factum eſt; quos tamen hanc ſcripturam commutaſſe altera illa communi, auctor eſt Euſtathius [ad Odyſ. μ′ p. 1723. 20.]; ſed etiam ab auctoribus dialecti Macedonicae nouae. Certe Act. 16, 31. σωθήσει, et c. 24, 8. δυνήσει, legitur in cod. Laudiano. Conf. Metarius p. 63. Caeterum in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, ante verbum βούλει inſerta leguntur verba, ὄψει, *pro* ὄψῃ, *in Fut.* 1. v. Xen. Hier. 4, 8. Et librarii recentiores, non tantum pro ει̅ hoc in genere ſcripſerunt ῃ̄, vel εις̅, vt ad Plat. Euthyphr. 19, 4. pluribus exemplis docuimus, ſed etiam diphthongo ει̅ addidere ſyllabam ης̅· vt apud Xen. Cyrop. 3, 1. 15. φανείης, quomodo etiam Zeunius edidit: quum vera ſcriptura, ipſarum legum grammaticarum indicio, ſit φανεῖ, vt in cod. Palaeoc. legitur: ad quam ſcripturam etiam Iunt. et cod. Guelferb. ſcriptura φανῇ accedit.

*ſec. perſ. ſing.* — τύπτεαι] Haec enim obſeruatio cadit etiam in perſ. ſec. ſing. fut. 1. 2. paſſ., et praeſ. fut. 1. 2. med., etiam in dialecto Dorica, et Aeolica. Vid. Gregorius p. 191. ibique Koenius: Portus Lex. et Ion. in εαι̅, atque Metarius p. 126. ſ. Sic, κέλεαι Il. α′, 134.: φοβέεαι Herodo. 1, 39.: βούλεαι Id. 1, 11.: φαίνεαι Id. 1, 27.: ἐπαινέεαι Id. 3, 34.: προθυμέεαι 1, 206.: βόσκεαι Anacr. Odar. 61, 9.: ὄψεαι Herodo. 1, 155. Theocr. Idyl. 27, 31.: κείσεαι Sappho fragmm. 27, 1. p. 58. Lyc.

*prima*

*prima perſ. dual.* — μεσθον] Nos vero huius perſ. dual. nullum exemplum, neque ipſi in legendis ſcriptorum veterum libris adhuc annotaueramus, neque a Metario p. 229. prolatum eſſe videmus.

*prima perſ. plur. Dor.* μεσθα] Neque ſolum in praeſenti, ſed in omnibus aliis temporibus, paſſiui, et medii. Vid. Portus Lex. Dor. in σ ante θα, et in σθα· Metarius p. 229. et p. 359. ſ., atque animadverſſ. P. 1. p. 206. Docuimus ibi, vſos hac perſonae pluralis forma eſſe, praeter Dores: vt, πελόμεσθα Theocr. Idyl. 13, 4.: et Ionas, poëtas maxime Atticos veteres, ita, vt multa eius exempla ex eorum carminibus propoſuerimus. Horum numerus augeri recte poteſt iſtis: ἀπαιτούμεσθα Eurip. Phoenn. 615.: ἐξελαυνόμεσθα Id. ib. 620.: ἀπωλόμεσθα Id. ib. 595.: ἐπιστάμεσθα Id. Alceſt. 803.: μεθηρμόσμεσθα Id. ib. 1157.: ἑζόμεσθα Sophocl. Oed. tyr. 32.: εἰσόμεσθα Id. ib. 84.: ἀποψώμεσθα Ariſt. Plut. 818.: ἠρήμεσθα Id. Auu. 1576.

*Aeol.* μεθε, *vel* μεθεν] Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 58.

*ſic in circumflexis*] Horum verborum exempla etiam hoc loco deſunt in editt. Lipſſ. primis, vt exempla verborum in μι exeuntium. Sic, ἐλαττοῖ Demoſth. p. 1089. To. 2. Sed Dores in praeſ. paſſ., et med., diphthongum ου commutant diphthongo ευ· vt, καλεῦμαι Theocr. Idyl. 2, 125.: ὀρχεῦνται Heſiod. Θεογ. 4. Vid. Portus Lex. Dor. in ευ. Pro ποιοῦμαι Aeoles dixere ποίημαι, vt νόημαι pro νοοῦμαι· quas praeſ. paſſ. formas ductas eſſe apparet a praeſ. act. ποίημι, et νόημι. v. Methodius apud Etymol. M. p. 56. 51. et Heraclides ap. Euſtath. ad Odyſ. β' p. 1432. 35. Καταρᾶ med. Ariſt. Nubb. 869., et ἀρᾶ Eurip. Alceſt. 714.: πλανᾶ Xen. Cyrop. 2, 4. 17. Etymol. M. v. βοᾶ p. 201. 45. Τὸ παθητικὸν

βοῶμαι·

βοῶμαι· τὸ δεύτερον βοᾷ σὺ, καὶ πειρᾷ σύ· ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον. Vid. Pierſonius ad Moer. p. 16.

Ad p. 148. *Imperfectum*] Vid. Macrobius p. 665. Et Lennepius quidem praelectt. acadd. p. 93. 96. tradit, etiam huius temporis perſ. primam dual., et perſ. primam, atque tertiam, plur. ductas eſſe a perſ. prima ſing. ἐτυπτόμην, ſed perſonas reliquas trium numerorum a perſ. prima ſing. ἐτυπτέμην. Caeterum nec hoc loco in editt. Lipſſ. primis addita leguntur exempla imperfecti verborum contractorum, et in μι deſinentium: et in Batauis exemplis poſt *Imperfectum* inſerta extant verba, *De terminatione vide p. 190.*

*ſec. perſ. ſing.* — ἐτύπτευ] Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 117. Portus Lex. Dor. in ευ, et Metarius p. 228. Ionice eadem perſona terminatur ſyllabis εο· v. Portus Lex. Ion. in εο· etiam Dorice: vt, εἴχεο Theocr. Idyl. 5, 117.: ἔπλεο Id. Idyl. 7, 95. Vid. Portus Lex. Dor. in εο, et ευ.

*formatur etiam in* εσκομην] Vid. ſupra ad gram. p. 127. n. 5. Sed tertiam perſ. plur., etiam in medio, Ionum lingua exire iuſſit in εατο· vt, ἐβουλέατο Herodo. 1, 4. 3, 143.: ἐγινέατο Id. 1, 67.: ἠδυνέατο Id. 4, 110.: ἱδρύατο Id. 2, 182.: ἐναπενιζέατο Id. 2, 172.: ἐμηχανέατο Id. 5, 63.: ἀπογραφέατο 5, 29.: ὑποδεκέατο 4, 167.: ὁρμέατο Id. 1, 83.: παρετιθέατο Id. 1, 119.: optat. πειρῴατο Id. 4, 139.: νεμοίατο 4, 99.

*de terminatione* — *de deductione*] Vid. Macrobius p. 665. ſ.

κέκρινται] Vt, πέπαυνται Lyſias p. 585. To. 1. Ἀναπέφανται habet Plato Soph. 21.

τέτυμμαι [pro τέτυπμαι] — τέτυψαι [pro τέτυπσαι] — τέτυπται] Sic ab ὄπτω, fut. ὄψω, perf. ὦφα, pro ὦπκα· perf. paſſ. ὦμμαι, pro ὦπμαι, ὦψαι [Demoſth. p. 314. To. 1.], pro ὦπσαι, ὦπται· infinit. ὦφθαι· vt, περιῶφθαι Demoſth. p. 362. To. 1.

Ad p. 149. *ſic* πεποίημαι] Haec exempla perfecti verborum contractorum, et in μι deſinentium, in editt. Lipſienſibus primis deſunt. Sic, ἐπιμεμελήμεθα Thuc. 6, 41.: δεδόξωσθε Herodo. 9, 47. 7, 135.: vbi v. interpp.: κεχόλωται Odyſ. α', 69.

φ *in* μ] Immo π in μ, quia τέτυμμαι natum eſt e τέτυπκα, pro quo, vocalitatis cauſſa, dicitur τέτυφα· neque χ mutatur in γ, quum λέλεχα, verbi cauſſa, ortum ſit e λέλεγκα, ita, vt γ redeat in perfecto paſſiuo.

κ *vero in* σ *tranſit*] Haec perfecta, quae ante ſyllabam μαι literam σ additam habent, ducta videbantur Lennepio [praelectt. acadd. p. 89. ſſ.] eſſe a praeſentibus in ζω deſinentibus, quorum futura exiiſſent in σσω· vt a praeſ. φράζω, et φάζω, profecta ſunt, ex eius mente, futura φράσσω, et φάσσω, pro φράσδσω, et φάσδσω· haec futura pepererunt perfecta actiua πέφρασκα, et πέφασκα, e quibus extiterunt perfecta paſſiua πέφρασμαι, et πέφασμαι, vt a praeſ. φράω, et φάνω, profecta ſunt futura φράσω, et φανῶ, ab iis perfecta actiua πέφρακα, et πέφαγκα, ab his denique perfecta paſſiua πέφραμαι, et πέφαμμαι. Adiuuat ſane hanc rationem non parum, praeter natiuam perfecti paſſiui originem, praeclara, quam Suidas ſeruauit, obſeruatio p. 302. To. 3. Neoc. Σέσωσται, καὶ σεσωσμένος· οἱ παλαιοὶ δὲ ἄνευ τοῦ σ· καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης [1, 6.: vbi hodie editum extat διεζωσμένοι]· οἱ δὲ νεώτεροι μετὰ τοῦ σ· ἐπ' ἐνίων δὲ ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ, ὡς κεκλειμένων, πεπειμένων. Nam, ex hac obſeruatione, a praeſenti σώω [Odyſ. ι, 430.] ductum eſt perf. σέσωμαι, ſed perf. σέσωσμαι a praeſ. σώζω, vt a praeſ. διαζώω perf. διέζωμαι. At quum tamen ſic naſcatur infinita quaedam verborum in ζω deſinentium multitudo, quorum nec tenuiſſima vſpiam veſtigia appareant: praeſtat ſane ſumere, Atticos, omninoque

que Graecos, recentiores, ſi non in omnibus, at ſaltem in multis verbis, in αιω, ειω, οω, ϩω, υω, αυω, ευω, αινω, exeuntibus, perfecta paſſiua, quae veteres ſyllaba μαι terminaſſent, exire iuſſiſſe, aurium ſuarum cauſſa, in σμαι, ita, vt σ redundaret, neque pro κ ſubſtitutum eſſet. Certe ſic intellegi poteſt, cur dicatur, verbi cauſſa, κέλευμα, et κέλευσμα, γνωτὸς, et γνωςὸς, ἄκλειτος, et ἄκλειςος, ἀνυτικὸς, et ἀνυςικός· v. animaduerſſ. P. 1. p. 209. Caeterum verba, *pro* πέφρακμαι, in editt. Lipſienſibus, et Batauis, omiſſa ſunt, ſed pro iis exempla Batava habent verba, *a* φράζω *dico.* Sed ex iis, quae ante dicta ſunt, intellegi poteſt, σ in perf. πέφρασμαι eſſe literam natiuam, quae non poſita ſit pro κ.

ο, *quod Attici — tranſit in* ε] Haec obſeruatio deeſt in editt. Lipſienſibus primis, et Batauis: ſed extat iam in Etymologico magno, cuius conditor v. ἐπιτετράφαται p. 365. 53. Ἰςέον, inquit, ὅτι τὰ δισύλλαβα τῆς πρώτης, καὶ δευτέρας, συζυγίας τῶν βαρυτόνων, τὰ τρέποντα τὸ ε εἰς ο κατὰ τὸν ἐνεργητικὸν παρακείμενον, ἐν τοῖς παθητικοῖς παρακειμένοις ἀναδέχεται τὴν παραλήγϩσαν τϩ ἐνεςῶτος· οἷον, λέγω, λέλοχα, λέλεγμαι, ςέφω, ἔςοφα, ἔςεμμαι· κέκλοφα, κέκλεμμαι· εὑρέθη καὶ κέκλαμμαι [Ariſt. Veſpp. 57. κεκλαμμένον· vbi v. ſchol.]. Δεῖ προσθεῖναι, χωρὶς τῶν ἐχόντων τὸ ρ μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνϩ· ἐκεῖνα γὰρ τρέπϩσι τὴν παραλήγϩσαν, ἤγϩν τὸ ε, εἰς α, κατὰ τὸν παθητικὸν παρακείμενον· οἷον, ςρέφω, ἔςροφα, [καὶ] ἔςραμμαι· τρέφω, τέθρεφα [l. τέτροφα], τέθραμμαι· ϩτω καὶ τρέπω, τέτροφα, τέτραμμαι, τέτραπται, τετράμμεθα, τέτραπται [f. τέτραφθε]· καὶ τὸ Ἰωνικὸν, τετράφαται, τροπῇ τϩ ψιλϩ εἰς δασὺ, καὶ προσθέσει τϩ α. Δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς τϩ βρέχω, βρέξω, βέβροχα, καὶ βέβρεγμαι· τϩτϩ γὰρ ϩκ ἐτράπη τὸ ε εἰς τὸ α.

κέκλεισμαι *ex* κλείω] At veteres Graecos dixiſſe κέκλειμαι, non modo verba Suidae v. σέσωςαι ante

 laudata

laudata docent, ſed etiam locus Herodoti 2. 121. 2., vbi Veſſelingius e cod. Paſſ. edidit κεκλειμένε, pro κεκλεισμένε, quod alii codd. habent, et pro κατακεκλεισμένε, quae eſt librorum editorum ſuperiorum ſcriptura. Sed edi potius debebat κεκληϊμένε. v. animaduerſſ. P. 1. p. 209. Nam etiam apud Demoſth. p. 803. To. 1. eſt κατακεκλημένες. Conf. Portus Lex. Ion. v. κληΐω. Caeterum ab ἀκάζω ductum eſt perf. paſſ. ἤκαχμαι, ἠκαχμένος, pro ἤκασμαι, et ἠκασμένος, auctoribus quibuſdam grammaticis antiquis. v. Etymol. M. v. ἀκαχμένον p. 45. et ſchol. Ven. ad Il. ἐ, 135.: vbi legitur ἀκαχμένον. Alii vero illud profectum eſſe oſtendunt a praeſ. ἀκαχῶ. v. Euſtath. ad Odyſ. ά p. 1395. 34.

Ad p. 150. *pauca vocalem — longam corripiunt*] Etymol. M. p. 311. 56. Ἐγνώσθην, καὶ ἠδυνάσθην. Ἰστέον, ὅτι ἐκ εἰσὶν ἀπὸ τῶν εἰς μι· ἦσαν γὰρ ἂν ὅτω· γνῶμι· ὁ μέλλων, γνώσω· ὁ παρακείμενος, ἔγνωκα· ὁ παθητικὸς, ἔγνομαι διὰ τῦ ο· ἐπειδὴ ἐν τοῖς εἰς μι τὴν παραλήγουσαν συστέλλει τὰ παθητικά· οἷον, δέδωκα, δέδομαι, ἐδόθην· πέπωκα, πέπομαι, ἐπόθην· καὶ ἀπὸ τῦ δύνημι, δυνήσω, δεδύνηκα· καὶ ὁ παθητικὸς εἶχεν εἶναι δεδύναμαι, καὶ ἐδυνάθην, ὡς βίβημι, βήσω, βέβηκα, βέβαμαι, ἐβάθην, καὶ παρεβάθην κ. τ. λ.

*huc refer ea, quae — ε abiiciunt*] Etymol. M. p. 662. 49. Πέπυσμαι ἀπὸ τῦ πεύθω, πεύσω, πέπευκα· ὁ παθητικὸς, πέπευσμαι· ἆρον τὸ ε, πέπυσμαι [Plato Gorg. c. 17. p. 72.]. Εἰ δέ τις εἴποι, ὅτι ἀπὸ τῦ πυνθάνω δύναται εἶναι· εἰπὲ, ὅτι τὰ διὰ τῦ ανω ἄκλιτά εἰσιν· ὥστε πέπυσμαι ἐνδείᾳ τῦ ε, ὡς καὶ τὸ τέτυγμαι [τέτυξαι Il. π΄, 622.: τετύχθαι Odyſ. ά, 391.] ἀπὸ τῦ τεύχω. Idem v. τετύκοντο p. 755. 28. ὥσπερ ἀπὸ τῦ πέφευγμαι γίνεται ποιητικῶς πέφυγμαι [πεφυγμένος Odyſ. ά, 18.], ὅτω καὶ ἀπὸ τῦ τέτευγμαι γίνεται τέτυγμαι, ἀπὸ τῦ τεύχω βαρυτόνε.

*diſylla-*

*diſyllaba a $\overline{\tau\rho\varepsilon}$ incipientia — hic in $\bar{\alpha}$*] Petiit Vellerus hanc quoque obſeruationem, ab auctore Etymol. M. iam propoſitam [v. ad gram. p. 149.], e Caninii Ἑλλην. p. 281.: qui tamen eam diligentius ita circumſcripſit, *Diſyllaba, quae habent* $\bar{\varrho}$ *cum aliqua conſonante iunctum* [v. Etymol. M. v. στρέψον p. 729. 56.] *in hoc tempore* [perf. paſſ.] *mutant* $\bar{\varepsilon}$ *in* $\bar{\alpha}$· τρέπω, τέτρεφα, τέτραμμαι· τρέφω, τέτρεφα, τέθραμμαι· στρέφω, ἔστρεφα, ἔστραμμαι· *excipe* βρέχω, βέβρεγμαι. Scilicet intellegi hoc praeceptum debet de forma perf. actiui communi. Attici enim pro ἔστρεφα dixerunt ἔστροφα, τέτροφα pro τέτρεφα a praeſ. τρέπω. v. locus Etymol. M. ſupra ad gram. p. 135. laudatus. Sed cur Vellerus addiderit verba, *vel* $\bar{\beta}$, non apparet, quum nullum huius generis verbum diſyllabum, quod ſciam, inueniatur. Scilicet decepiſſe eum videtur verbum βρέχω a Caninio allatum. At character huius verbi non eſt $\overline{\beta}$, ſed $\overline{\chi}$, neque $\bar{\varepsilon}$ perfecti eius actiui mutatur in perf. paſſiuo in $\bar{\alpha}$, immo retinetur.

*Attici in verbis liquidatis — in* $\bar{\sigma}$ *vertunt*] Euſtathius ad Odyſ. β′ p. 1436. 51. Καὶ ὅτι τοῦ ὑφάζω καινὸς Ἀττικὸς παρακείμενος, ὕφυφασμένος, ὑπὲρ οὗ λαλοῦσιν οἱ τεχνικοὶ τὰ πείθοντα· ὅτι, ὥσπερ τὸ ὕφασμα διὰ τοῦ σ̄, οὕτω καὶ μετοχή ἐστιν ὑφασμένος, Ἡρωδιανὸς δηλοῖ· ὃς καὶ Ἀττικῶν αὐτό φησιν εἶναι, οἳ καὶ μεμολυσμένος φασὶ, καὶ μεμαρασμένος· εἰ καὶ ἄλλως, ὥσπερ αἰσχύνω ᾔσχυμμένος, οὕτως ὤφειλεν εἶναι, καὶ μολύνω μεμολυμμένος, καὶ μαραίνω μεμαραμμένος. Suidas: Ὑφήφασμαι· Ἀττικὸς παρακείμενος, ἀπὸ τοῦ ὑφάζω, ὑφάσω [ὑφάσσω] ὕφακα [ὕφασκα] ὕφασμαι, καὶ Ἀττικῶς ὑφήφασμαι, τροπῇ τοῦ ῡ εἰς η̄· ἢ ἀπὸ τοῦ ὑφαίνω, ὑφανῶ, ὕφαγκα, ὕφαμμαι· ἐπεὶ δὲ ἔθος ἔχουσιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις ῥήμασι τρέπειν τὸ πρὸ τοῦ μ̄ σύμφωνον εἰς σ̄, γίνεται ὕφασμαι. Ἐπεὶ δὲ οὐδέποτε ὁ Ἀττικὸς παρακείμενος ἔχει τὰ αὐτὰ φωνήεντα ἐν τῇ α′, καὶ β′,

συλλαβῇ, ἐτράπη τὸ ῡ εἰς ῆ, καὶ γίνεται ὑφήφασμαι. Καὶ διὰ τί, μὴ ἔχον τὸ ἀντίςοιχον, ἐτράπη εἰς η̄; ἐπειδὴ καὶ τὸ η̄ εἰς ῡ τρέπεται, ὡς ἐν τῷ ἀλμηρὸς, ἀλμυρὸς, καὶ πηρὸς, πυρός. Sed haec poſterior obſeruatio de mutatione literae ῡ in literam η̄ haud dubie vana eſt. Certe Zenodotus etſi eadem praecepit de origine formae perf. ὑφύφασμαι, apud Etymol. M. p. 785. 46., tamen ſcripſit ὑφύφασμαι. Verba eius ſunt haec, Ὑφύφαςαι· ἀπὸ τοῦ ὑφάζω, ὑφάσω [ὑφάσσω], ὕφακα [ὕφασκα], ὕφασμαι, ὕφαςαι· καὶ ὁ Ἀττικὸς, ὑφύφαςαι· ἢ ἀπὸ τοῦ ὑφαίνω, ὕφασμαι, καὶ ὑφύφασμαι. Et ex iis, quae Theognotus apud Etymol. M. p. 785. 29. de origine verbi ὑφαίνω tradit, ſcribi potius debebat ὑφύφησμαι· ad quem Etymologici locum Sylburgius annotauit haec, *vt, φάσμα, et μίασμα, ſunt a φαίνω, et μιαίνω, ita ὕφασμα ab ὑφαίνω· itemque μόλυσμα a μολύνω. Quare haud opus eſt ad ὑφάζω confugere, niſi etiam φάζω, μιάζω, et μολύζω, atque alia eiuſcemodi, fingere libeat.* Hac vero in opinione ſupra ad gram. p. 149. vidimus fuiſſe Lennepium, ex qua πέφασμαι, et μεμάρασμαι, non a praeſ. φαίνω, et μαραίνω, ſed a praeſ. φάζω, et μαράζω, ducta eſſent. Ἀποφεφασμένων legitur apud Dinarch. 1. p. 45. To. 2. Reiſqu.: λελυμασμένον apud eundem ib. p. 48.: λελυμασμένοι εἰσὶ apud Demoſth. p. 1375. To. 2.: apud quem p. 1373. To. 1. etiam λελυμασμένος extat. Conf. Metarius p. 52. Caeterum hanc obſeruationem ipſam Vellerus petiit e Caninii Ἑλλην. p. 282. Cren., ita, vt eadem verborum exempla retinuerit. Sed pro ἐξωμμάτωται *oculatus factus eſt*, et λελάμπρυνται *reſplenduit*, reſcribi debet, ἐξωμμάτωται, καὶ λελάμπρυνται κόρας, Ariſt. Plut. 635. Scilicet Caninius verſiculum poëtae integrum propterea laudauit, vt appareret eo magis, λελάμπρυνται eſſe perſ. tert. ſingul., neque plur.: ſchol. vet. Ἔχει δὲ τὸ λελάμπρυνται τρίτον πρόσωπον τῶν

ἑνικῶν

ἑνικῶν ὁμόφωνον τῷ τρίτῳ τῶν πληθυντικῶν, ὡς τὸ ἐξήρανται, καὶ κατήσχυνται, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Verba Caninii ſunt, *Quod ſit in primis perſonis tantum:* παρώξυνται, *et* λελύμανται, *Demoſth.:* ἐξωμμάτωσαι [ſic legitur certe in exemplo Creniano], καὶ λελάμπρυνται κόρας, *Ariſtoph. Plut.* Ex his eius verbis extitere verba Velleri, *Et ſit hoc in primis perſonis tantum, ſecus ac grammatici ſtatuunt: quod patet ex* παρώξυνται, λελύμανται, *Demoſth.* ἐξωμμάτωσα, *et* λελάμπρυνται, *Ariſtoph. Plut.* Ita enim leguntur in editt. Lipſienſibus primis: ſed ἐξωμμάτωσα natum eſt e perſ. tert. mendoſe ſcripta ἐξωμμάτωσαι, atque *et* e particula καὶ male intellecta. Exempla Batatia habent, *Et ſit hoc in primis perſonis tantum, ſecus ac ſentiunt grammatici quidam: quod patet ex* παρώξυνται *exacerbati ſunt, et* λελύμανται *labefactati ſunt*, *Demoſth.* ἐξωμμάτωται *oculatus factus eſt, et* λελάμπρυνται *reſplenduit, Ariſtoph. Plut.* At ἐξωμμάτωται ſic non pertinere huc, quis non videt?

*ἀφέωνται — Attica*] Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 107.

*prima perſ. dual. — vt in praeſenti*] Vid. ad gram. p. 147.

*tertia perſ. plur. — ~~αται~~*] Auctor V. Hom. p. 289. Gal. 2. Ἰδίως δὲ λέγουσι [*Iones*] καὶ τὸ τετράφαται, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ioh. Grammat. de dial. Ion. p. 85. καὶ τοὺς σχηματισμοὺς δὲ τῆς ἑρμηνείας τοιούτους, τετραμμένοι εἰσὶ τετράφαται, τεταγμένοι εἰσὶ τετάχαται, κέκλινται κεκλίαται. Sed quomodo verſati ſint Iones in formanda hac perſona perf. paſſiui verborum, et impurorum, et purorum, accurate docet Gregorius p. 229. ſ. Ἔτι οἱ Ἴωνες τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν παθητικῶν παρακειμένων οὕτω ποιοῦσιν, ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ἑνικῶν, τοῖς ἔχουσι πρὸ τοῦ τ ψιλόν· τρέπουσι τὸ ψιλὸν εἰς τὸ ἀντιστοι-

τιϛοιχȣ̃ν δασὺ, καὶ ποιȣ̃σι προσθήκην τȣ̃ ᾱ [v. Etymol. M. p. 9. 19.]· νένιπται νενίφαται, λέλεκται λελέχαται, γέγραπται γεγράφαται. — Εἰ δέ τοι εἴη τὸ κοινὸν διὰ τȣ̃ $\overline{\text{στ}}$ βαρύτονον, τότε καὶ τὸ Ἰωνικὸν ἔχει πρὸ τȣ̃ $\overline{\text{αται}}$ τὸ χαρακτηριϛικὸν σύμφωνον τȣ̃ μέσȣ παρακειμένȣ· πέφραϛαι πεφράδαται, ὅτι πέφραδα· ἤλευϛαι ἠλεύθαται, ὅτι ἤλευθα· εἰ μέν τοι ἀπὸ περισπωμένων φύσει μακρᾷ παραληγόμενοι, ταύτην συϛέλλȣσι πρὸ τȣ̃ αται εἰς τὴν ὀφειλομένην συϛολήν· πεποίηται πεποιέαται, βεβόηται βεβοέαται. add. Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. ύ p. 1895. 44. et ipſe Euſtath. ad Il. β́ p. 234. 10. Sic, εἰρύαται, pro εἴρυνται, Hom. Il. ά, 239.: εἰρέαται, pro εἴρηνται, Herodo. 4, 181. 7, 87. 96.: ὑμνέαται, pro ὕμνηνται, Id. 5, 67.: οἰκέαται, pro οἴκηνται, h. e. ᾤκηνται, Id. 1, 142.: ita, vt etiam κατοικέαται ibi pro κατοίκηνται reponendum videatur: ἐκτέαται, pro ἔκτηνται, Id. 4, 23.: ὁρμέαται, pro ὅρμηνται, h. e. ὥρμηνται, Id. 5, 121.: κεκοσμέαται Id. 6, 41.: κεκλέαται, pro κέκληνται, Id. 2, 164.: πεπονέαται Id. 2, 63.: τεθάφαται, pro τεθαμμέναι εἰσὶ, Id. 6, 103.: ἡγέαται, pro ἥγηνται, Id. 1, 136.: ita, vt etiam 2, 69. pro ἥγηνται reſcribendum ἡγέαται videatur: οἰκοδομέαται Id. 4, 185.: ἀποδεδέχαται Id. 2, 43. 65. 77.: κατακεχύαται 2, 75.: τετρίφαται 2, 93.: δεδαίαται Odyſ. ά, 23.: v. Etymol. M. h. v. p. 252.: κεκλέαται Herodo. 2, 164.: ἐφθάραται, et τετάχαται, Mitylenaei apud Thuc. 3, 13.: ἀντιτετάχαται Xen. anab. 4, 8. 5. in cod. Eton.: v. Doruillius ad Charit. p. 437.: κεκρύφαται Heſiod. Θεογ. 730.: ἀναμεμίχαται Herodo. 1, 145.: ἀπίκαται, pro ἀφιγμένοι εἰσὶ, Id. 7, 209.: πεποιήαται Hom. Il. β́, 90.: ἐπιτετράφαται Il. β́, 62.: ἐρηρέδαται Il. ψ́, 329.: ἀποδεδέχαται Herodo. 2, 65.: κεχωρίδαται Id. 2, 91.: ἀγωνίδαται 9, 26.: ἐσκευάδαται 2, 138. Sed συνηδέαται, pro συνήδηται, Herodo. 9, 58.: v. Portus Lex. Ion.

Ion. h. v. et in δαται, εαται, φαται, χαται, et Metarius p. 128. ſ. Caeterum verba, *Sic* λελέχαται — *Il.* β', 25. *et* 62., in editt. Lipſienſibus primis deſunt, vt in Batauis exemplis verba, ἐπιτετράφαται *apud Homerum Il.* β', 25. *et* 62.

*pluſquamperf.* ἐτετύφατο] Vid. Euſtath. ad Il. β' p. 234. 10. Sic, ἐδεδέατο, pro ἐδέδεντο, Herodo. 5, 77.: vid. Etymol. M. v. ξυνεδεδέατο p. 611. 46.: qui hanc perſonae formam etiam Aeolibus tribuit: ἐκεκοσμέατο, pro ἐκεκόσμηντο, Id. 9, 31.: ὡρμέατο, pro ὥρμηντο, Id. 9, 61.: ſed ſcribi haud dubie, deleto augmento, debet, ὁρμέατο, vt 1, 83. 158.: ἀγηγέρατο, pro ἀγήγερντο, h. e. ἀγηγερμέναι ἦσαν, Hom. Il. δ', 211.: v. Etymol. M. h. v. p. 9.: προσετετάχατο Herodo. 7, 65.: διετετάχατο 1, 80.: ἐτετάχατο 1, 80. 191. Thuc. 5, 6. Moeris: Ἐτετάχατο, Ἀττικῶς· τεταγμένοι ἦσαν, Ἑλληνικῶς· ſic enim legi debet, non ἐτετάχαντο, vt Hudſonius edidit: quod mendum etiam Heſychii Gloſſarium deturpauit: vt, διετετάχατο Thuc. 4, 31.: ἐσεσάχατο 7, 62.: v. Euſtath. d. l. p. 234. 12.: εἰλίχατο, pro εἴλιγντο, h. e. εἱλιγμένοι ἦσαν, Herodo. 7, 90.: κατειλίχατο 7, 76.: ἀπίκατο, pro ἀφῖγντο, h. e. ἀφιγμένοι ἦσαν, 1, 2. 4, 200. 6, 9. 7, 153. 157.: ἐνεπορπέατο 7, 77.: ἐπεπειρέατο 7, 125.: ἱδρύατο 2, 182.: διεφθαρέατο 8, 90.: ἐτετιμέατο 6, 124.: κατεστράφατο 1, 141.: ἀπεστράφατο 1, 166.: τετεύχατο Heſiod. Θεογ. 581.: ἐστάλατο, pro ἔσταλντο, h. e. ἐσταλμένοι ἦσαν, Id. Ἀσπ. 288.: et, inſerta ſyllaba δα, ἐσταλάδατο Herodo. 7, 89.: v. Euſtath. ad Il. β' p. 234. 14.: ſed κεκλήατο, pro κέκληντο, Il. κ', 195.: κεχολώατο, pro κεχόλωντο Odyſ. ξ', 282.: ὀρωρέχατο Hom. Il. λ', 26.: vbi v. ſchol. Ven.: ἐσκευάδατο Herodo. 7, 62.: παρεσκευάδατο 5, 34. Conf. Portus Lex. Ion. in δατο, et χατο, atque Metarius p. 129.

*de deductione*] Vid. Macrobius p. 666.

*forma igitur eius eſt haec*] Haec verba in exemplis Lipſienſibus primis, et Batauis, non leguntur. Sic, ἐπεπαιώνιστο Thuc. 1, 50.: vt a χράομαι, χρῶμαι, ἐκεχρήμην Demoſth. p. 411. To. 1.: ab ἡσσάομαι ἡσσῶμαι, ἥσσηντο Thuc. 1. 50.: ab ἐκδιαιτάομαι, ἐκδιαιτῶμαι, ἐξεδεδιῄτητο Id. 1, 132.: a διαπεραιόομαι, διαπεραιοῦμαι, διαπεπεραίωντο Id. 3, 23. Nam exemplis pluſquamperf. verborum purorum, et in μι exeuntium, carent editt. Lipſienſes primae.

Ad p. 151. *formatur a tertia ſing. praeteriti*] Hanc vero formandi aoriſti primi rationem repudiare conatus eſt Lennepius praelect. acadd. de anal. L. Gr. p. 96. ſſ. Etenim quum ſibi perſuaſiſſet, Graecos vſos eſſe verbis tantum actiuis, et paſſiuis; quum ei placuiſſet docere, aoriſtum ἐτυψάμην, qui vulgo aoriſtus medius diceretur, eſſe aoriſtum vere paſſiuum: putabat, aoriſtum ἐτύφθην, quem omnes grammatici appellarent aoriſtum paſſiuum, eſſe imperfectum actiuum, quod ductum eſſet a praeſenti obſoleto τύφθημι, ſed ſignificationem paſſiuam haberet, quod multa tempora verbi paſſiui apud Graecos vſurparentur actiue, et verbi actiui paſſiue. At primum Graeci nulla tempora, neque verbi actiui ponere ſolent paſſiue, neque paſſiui verbi actiue, immo tempora quaedam vtriusque verbi vſurpant reciproce, quia reciprocae actioni ineſt notio, et actionis, et paſſionis. Deinde imperfecta non poſſunt habere omni loco, et tempore, vim praeteritorum perfectorum, eorumque infinitorum: ſed hac poteſtate praedita inueniuntur imperfecta illa noua. Denique etſi non ignoro, verbi ὀρεχθέω imperf. ὀρέχθεον legi apud Homerum Il. ψ', 30., qui poëtae locus laudatur in Etymol. M. p. 371. 27., et infinit. ὀρεχθῆν, vt Valquenarius recte reſcripſit pro ὀρεχθεῖν, apud Theocritum Idyl. 11, 43., quem eius locum reſpexit Euſtath. ad Odyſſ. p. 1285. 61., vt κὠρεχθεῖ, h. e.

καὶ

καὶ ὀρεχθεῖ, pro ἐρεχθεῖ in verſiculo Aeſchyli ex Nioba apud Strab. 12. p. 870. Almelou. repoſuit Tupius opuſcc. critt. p. 292. To. 1. Lipſ.: tamen verba huius formae in μι exeuntia videntur omnino inuſitata fuiſſe. Si enim fuiſſent vſitata: quomodo fieri potuiſſet, vt omnis eorum memoria ita interiret, vt nec in grammaticorum veterum libris ſeruaretur? Certe haec praeceptionis leuitas, perſonis magiſtrorum alieniſſima, ita impedit, atque retardat, ſtudia diſcentium, vt praeſtet etiam hoc in genere antiquam praeceptionis ſtultitiam ſcilicet ſequi.

*penultima longa — corripitur — mutantur*] Haec, et reliquae, quae deinceps ſequuntur, obſeruatiunculae iam a conditore Etymologici Magni propoſitae leguntur v. στρέψον p. 730. 2. Ὁ πρῶτος ἀόριστος, ἐστρέφθην· καὶ ὤφειλεν εἶναι ἐστράφθην· ἀλλ' ἀεὶ ὁ παθητικὸς ἀόριστος φυλάττει τὴν παραλήγουσαν τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου· πλὴν τῶν παρὰ τὸ αἱρῶ περισπωμένων· συνῄρημαι, συνηρέθην, καὶ τὰ ὅμοια· καὶ πλὴν τοῦ ἐπῄνημαι, ἐπῃνέθην· καὶ τοῦ εὕρω, εὕρημαι, εὑρέθην· καὶ τοῦ ῥῶ, ἔῤῥημαι, ἐῤῥέθην [vt apud Plat. Gorg. 15. p. 66. ἐῤῥέθη legitur in cod. Aug. et Merman. pro ἐῤῥήθη, quae eſt librorum editorum ſcriptura]· καὶ τοῦ μέμνημαι, ἐμνήσθην, προσλαμβάνοντος τὸ σ· καὶ τοῦ σέσωσμαι, ἐσώθην, ἀποβάλλοντος τὸ σ [at hic aor. poteſt ductus eſſe a perf. σέσωμαι· v. ad gram. p. 149.]· τὸ δὲ ἐῤῥώσθην, οὐκ ἀπὸ τοῦ ῥῶ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ῥώζω· καὶ χωρὶς τῶν ἐχόντων τὸ ρ, καὶ ε, μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου τῆς πρώτης συζυγίας τῶν βαρυτόνων· ταῦτα γὰρ ἐν μὲν τῷ παθητικῷ παρακειμένῳ, τρέπει τὸ ε εἰς α· ἐν δὲ τῷ παθητικῷ ἀορίστῳ, πάλιν ἐπαναλαμβάνει αὐτό· οἷον, στρέφω, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην. Caeterum pro *ſicut* η — *mutantur*, legi debet, *ita*, *vt* η, *et* ει, *in* ε *mutentur*, vt legitur in editt. Lipſſ. primis, et Batauis.

ἐσύθην

*ἐσύθην — ex σέσευται*] Immo aor. ἐσύθην extitit e σέσυται, a praeſ. σύω, vel σῦμι. v. Etymol. M. p. 355. 46. Ἀπέσσυθεν, pro ἀπεσσύθησαν, habet Heſiod. Θεογ. 183.

*Dor. — ἐτύφθημες*] Vid. animaduerſſ. P. I. p. 184.

*tert. plur. — ἔτυφθεν*] Vid. ad gram. p. 126. 3. Sic, ἐγήτυθεν Il. β', 99.: ἔθελχθεν Odyſ. σ', 211.: λύθεν ib. 188.: ἔτερφθεν h. in Pan. 45.: ἔσταθεν Simonid. fragmm. p. 157. Vrſin.: aor. 2. ἔφθαρεν Pind. Pythionn. 3, 66. Caeterum exempla aoriſti verborum circumflexorum, et in μι exeuntium, in editt. Lipſſ. primis deſunt.

*aor. 2. ἐτύπην*] De ſententia Lennepii praelectt. academicc. p. 97. ſ., eſt imperf. act. praeſentis obſoleti τύπημι, quo recentiores ſcriptores vſi ſint, vt antiqui forma eius altera, ἐτύφθην praeſ. τύφθημι. Conf. Euſtathius ad Il. ε' p. 519. fin. et ſchol. Sophoclis ad Aiac. 842. Sed quid nobis ſtatuendum de hac ratione videatur, conſtare poteſt ex iis, quae paulo ante de aor. 1. dicta ſunt.

*ἐτύπησαν*] In editt. Lipſſ. primis, et Batauis, addita ſunt verba, *vt ἐτύφθην*. Sic ab κατακλίνω aor. 2. κατεκλίνην, fut. 2. κατακλινήσομαι. v. Plato Sympoſ. 38.

*formatur ab aor. 1. — abiiciendo*] Sed, Lennepio auctore p. 83., proficiſcitur a fut. act. τυφθήσω praeſentis obſoleti τυφθέω, vel τύφθημι. vt fut. 2. τυπήσομαι idem vir doctus putabat duci a fut. act. τυπήσω praeſentis inuſitati τυπέω, vel τύπημι. Conf. Macrobius p. 666. In editt. Lipſſ. primis verba, *ſic φιλήσομαι, τιμήσομαι, et, verba, quae carent — etiam fut. 2.*, non leguntur, ſed in Batauis exemplis poſt τιμήσομαι additum eſt *Gretſ.*

Ad p. 152. *formatur a ſec. perſ. perf. ſing. etc.*] Etymol. M. p. 507. 46. Κεχολώσεται· ὁ δὲ κεν κεχολώ-

χολώσεται [Il. α΄. 139.], ἀντὶ τῦ ὀργισθήσεται· ἐκ τῦ χολῶ, χολώσω, κεχόλωκα, κεχόλωμαι, κεχόλωσαι· καὶ ὁ μετ᾽ ὀλίγον μέλλων, κεχολώσομαι. Macrobius p. 666. *Illa vero ſpecies propria Graecorum eſt, quod habet in genere paſſiuo futurum, quod rem ſignificat non multo poſt futuram, vt* πεποιήσομαι, γεγράψομαι. *Hoc autem tempus ex perfecto eiuſdem generis naſcitur. Inſertis enim ſecundae perſonae perfecti duabus literis* ο καὶ μ, *futurum paulo poſt, quod Atticum vocatur, efficitur,* πεποίησαι πεποιήσομαι, γέγραψαι γεγράψομαι. *Nec ab re erat paulo poſt futurum ex paulo ante tranſacto tempore procreari. Inveniuntur huiuſmodi tempora figurata et ex verbis in* ῶ *exeuntibus, vt eſt* δεδοικήσω, *quod proprium Syracuſanorum eſt, et* δεδώσω, *vt apud Draconem,* ἀτὰρ καὶ δῶρα δεδώσομεν, *quaſi* paulo poſt dabimus. At haec futura actiua nata eſſe e praeſenti, ducto a perfecto, ſupra ad gram. p. 113. 8. oſtendimus. Priſcianus gram. 8. p. 300. Baſ. *Quamuis Graeci futurum quoque diuiſerunt in quibuſdam verbis, in futurum infinitum, vt* τύψομαι, *et paulo poſt futurum, quod et Atticum dicunt, vt* τετύψομαι. At hoc futurum, quod a Graecis grammaticis ὁ μετ᾽ ὀλίγον μέλλων [Etymol. M. p. 507. 48. 50.] dicitur, Lennepio p. 85. ſ. videbatur eſſe ſimpliciter futurum paſſiuum, quod extitiſſet e futuro actiuo, ducto a praeſenti reduplicato, vt τετύψομαι e τετύψω, et hoc a praeſ. τετύφω, vel τετύπω. Sic vero omnia fieri ex omnibus poſſunt: etſi non ignoro, quoſdam iam grammaticorum veterum in hac ipſa fuiſſe ſententia. vid. Etymol. M. v. κεκαδησόμεθα p. 499. et Euſtath. ad Odyſ. φ΄ p. 1905. 51. Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. c. 6. p. 57. Vpton. καὶ λελύσεται λέγων τὸ λυθήσεται, καὶ τὰ ποιητότροπα, μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵνα αὐτῷ γένοιντο ἁρμοσθεῖσαι καλλίες, καὶ ἐπιτηδειότεραι. At primum certum eſt, hoc futuro pleriſque in locis ſignificari

rem

rem mox futuram: Etymol. M. p. 507. 48. καὶ ὁ μετ᾽ ὀλίγον μέλλων, κεχολάσομαι· διαφέρει δὲ τοῦ μέλλοντος· ὅτι ὁ μὲν μέλλων, ἀόριστός ἐστιν· ὁ δὲ μετ᾽ ὀλίγον μέλλων, ὡρισμένον [f. ὡρισμένος]· add. idem v. κύριος p. 548. 29.: deinde rationem iſtam ſuſpectam reddere debere videtur ingens illa praeſentium nouorum, et inſolentium, multitudo, quae recte monſtra ſuo in genere dixeris. Nos quidem exempla iſtorum futurorum obſeruaueramus adhuc haec. Γεγράψομαι Sophocl. Oed. tyr. 411.: γεγράψεται Theocr. Idyl. 18, 47. Arrian. anab. 5. p. 321.: ἀναγεγράψει Plato Gorg. 61. p. 203.: ἐγγεγράψεται Ariſt. Equitt. 1368.: τεθάψεται Sophocl. Aiac. 579.: κεκλήσομαι Sophocl. Oed. tyr. 522.: κεκλήσῃ, vel κεκλήσει, Hom. Il. γ', 138. Aeſchyl. S. c. Thebb. 704.: κεκλήσεται Aeſchyl. Prom. 733. Ariſt. Auu. 184. Theocr. Idyl. 22, 69. 24, 82.: προσκεκλήσεσθαι Ariſt. Nubb. 1280.: κεκτήσεται Eurip. Alceſt. 179.: κεκτήσονται Plato Gorg. 22. p. 88.: ἐκλελήσεται Eurip. Alceſt. 196.: κεκλαύσεται Ariſt. Nubb. 1438.: κεκλείσεται Id. Lyſiſtr. 1073.: ἐκκεκόψεται Id. Rann. 1254.: ἀποκεκόψονται Id. Nubb. 1123.: λελέξεται Thuc. 3, 53. Plato Cratyl. 41.: ἀποκεκινδυνεύσεται Thuc. 3, 39.: λελείψεσθαι Id. 5, 105.: καταλελείψεται Id. 2, 64.: μεμίξεται Heſiod. Ἔργ. 179. Aeſchyl. Perſſ. 1057.: ἀναμεμίξονται Anacr. fragm. 110.: μεμνήσομαι Aeſchin. p. 196. To. 1.: μεμνήσεται Lyſias 6. p. 238. To. 1.: μεμνησόμεθα Plato Gorg. 50. p. 175.: μεμνήσονται Xen. Cyrop. 8, 6. 3.: μεμνήσεσθαι Iſocr. Panathen. p. 317. To. 2.: διαβεβλήσεται Demoſth. p. 202. To. 1. p. 1424. To. 2.: πεπράξεται Ariſt. Plut. 1028. 1201.: πεπράξεσθαι Demoſth. p. 364. To. 1.: διαπεπράξεται Plato Gorg. 66. p. 215.: τετιμήσεται Lyſias p. 885. To. 1.: τεταξόμεθα Ariſt. Auu. 635.: τετάξεσθαι Thuc. 5. 71.: πεπλήξεται Ariſt. Equitt. 271.: ἐμπεπρήσεται Herodo. 6, 9.:

κεχο-

κεχολώσεαι Il. ἔ, 421.: πεπαύσομαι Sophocl. Antigon. 91. Trachinn. 595.: Moeris: Πεπαύσομαι, Ἀττικῶς· παύσομαι, Ἑλληνικῶς· πεπλήσονται Porphyr. π. ἀποχ. ἐμψ. 1, 16. p. 16. Cantabr.: δεδέξεται Ariſt. Veſpp. 1218.: quod tamen Euſtath. ad Odyſ. κ′ p. 1654. 31. Ionice dictum eſſe pro δέξεται tradit, vt δεδέξομαι Il. ἔ, 238. pro δέξομαι· πεπωλήσεται Aeneas Poliorc. 10. p. 412. To. 3. Lipſ.: κεχρήσεται Plato Cratyl. 8.: κεκλείσεται Ariſt. Lyſiſtr. 1073.: Moeris: Κεκλείσεται, μόνως Ἀττικῶς. Caeterum exempla huius futuri verborum contractorum, et in μι deſinentium, in editt. Lipſſ. primis non extant.

*praeſ. et imperf.* τύπτε] Hanc imperatiui formam, poſt Anteſignanum ad Clenardii inſtitutt. L. Gr. p. 68. Hanou. mai., Lennepius p. 99. ſ. recte docet extitiſſe e perſona ſec. ſing. imperfecti indicatiui, ſublato augmento, ſic, τύπτεσο, τύπτεο, τύπτε.

*ſic dicitur* ἐπιβήσεο — *ex* ἐπιβήσομαι — *in Append. Theſ.*] p. 120. v. ἐπιβήσεο· qui imperatiuus legitur apud Homerum Il. ἔ, 221. θ′, 105. λ′, 512., vt καταβήσεο Il. ἔ, 109., et λέξεο Il. ί, 613. Odyſ. τ′, 598. Euſtath. ad Il. θ′ p. 702. 13. Τὸ δὲ ἐπιβήσεο, ὃ κρᾶσις τὸ ἐπιβήσε, ἀσυνήθως καὶ αὐτὸ ἔχει κανονισθὲν, ὡς ἀπὸ ἐνεστῶτος τοῦ ἐπιβήσω, οὐκ ἔχοντος δύο σ, ἵνα τε μὴ ὁ βήσω μέλλων, ἐξ οὗ ἐκινήθη, ἀπολέσῃ τὸν οἰκεῖον χαρακτῆρα, καὶ ἵνα δὲ ἴσως μὴ συνεμπέσῃ τῷ βήσσω βήξω, ἐξ οὗ τὸ βὴξ βηχός. Schol. min. ad Il. ἔ, 109. Καταβήσεο· κατάβηθι. Καταβήσομαι, ἐνεστὼς ἐσχηματισμένος ἐκ τοῦ μέλλοντος. Euſtath. ad Il. ί p. 778. 37. Ὅρα δὲ τὸ λέξεο καινῶς καὶ αὐτὸ ἔχον ἀπὸ τοῦ λέξω, μέλλοντος, ἀναδραμόντος εἰς ἐνεστῶτα, καὶ κλιθέντος, ὡς τὸ λέγεο, ἤγουν κοιμῶ· et ad Odyſ. τ′ p. 1879. 51. Τὸ δὲ λέξεο προστακτικὸν, πάνυ καινῶς ἔχει· γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ λέγω λέξω· οὗ ἀναδραμόντος εἰς ἐνεστῶτα ἐστιν αὐτοῦ παθητικὸν τὸ λέξομαι, οὗ παρατατικὸς ἐλεξόμην, τὸ τρίτον

τον λέξετο [f. τὸ δεύτερον, ἐλέξεο], καὶ ἐξ αὐτȣ͂ προστακτικὸν τὸ λέξεο· εἰ δέ γε καὶ εὐκτικὸν πȣ εὑρεθείη ἐν ἀντιγράφοις, εὔοδον καὶ ȣ̔́τω τὸ μέτρον ἔϛαι διὰ συνιζήσεως. Clarquius vero ad Il. έ, 109., repudiata hac grammaticorum veterum ratione, qui imperatiuum apud Graecos futuro carere temere negarent, ἐπιβήσεο, καταβήσεο, λέξεο, futura imperatiui eſſe aiebat. At etiam ἐπεβήσετο legitur Il. ν́, 26. ώ, 322. Odyſſ. ζ́, 78.: et ἀπεβήσετο Il. ψ́, 212.: v. Etymol. M. p. 120. 23.: et κατεβήσετο Il. ώ, 191. Odyſ. κ́, 107.: neque dubitari recte poteſt, quin Graeci e futuris multorum verborum exiſtere iuſſerint noua praeſentia, quae formam futurorum referrent: vt, οἴσω e fut. οἴσω praeſ. οἴω· imperat. οἶσε Ariſt. Acharnn. 1098. 1100. 1121.: qua de re dicetur in loco de verbis anomalis v. φέρω· vid. Clenardius inſtitutt. L. Gr. p. 245. ſ. Hanou. min., atque ibi Anteſignanus: vt e perfectis actiuis, atque mediis. vid. ſupra ad gram. p. 113. 8. Caeterum tota illa obſeruatio abeſt in editt. Lipſſ. primis non minus, quam exempla imperatiui verborum circumflexorum, et in μι exeuntium.

*ſec. perſ. ſing. Ion. eſt* τύπτεο] Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 116. Sic, ἔρχεο Il. ί, 43.: ἕλκεο Il. ά, 210.: δέρκεο, et ἔγρεο, Anacr. odar. 62, 7. ſ. Nam imperat. paſſ. ab imperat. med. nec hoc in genere diſcrepat. Locos Herodoti congeſſit Portus Lex. Ion. in εο. Etiam Dores hanc imperatiui perſonam ita terminari iuſſere, ſi quidem ſcriptura noſtrorum hodie librorum recte ſe habet: vt, ὑφάγεο Theocr. Idyl. 2, 101.: φυλάσσεο Idyl. γ́, 5. Vid. Portus Lex. Dor. in εο.

*Dorice* τύπτευ] Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 117. Sic, μάχευ Theocr. Idyl. 1, 113.: βωκολιάσδευ Idyl. 5, 60.: φείδευ Idyl. 8, 63. Vid. Portus Lex. Dor. in ευ. Sed eadem imperatiui forma etiam Iones vſi ſunt: vt, ἔρχευ Il. ζ́, 280. Odyſſ. ρ́, 22. 82. Vid. Portus Lex. Ion. in ευ.

*tert.*

*tert. perſ. plur.* τυπτέσθων] Vid. ſupra ad gram. p. 127. 7. Et hanc quidem huius perſonae terminationem eſſe Ionicam, atque Atticam, ſed alteram illam vulgarem e dialecto Dorica migraſſe in communem, Lennepius p. 100. animaduertit. Caeterum exempla imperatiui verborum contractorum, et in μι deſinentium, non habent editt. Lipſienſes primae, et pro ἕςασο reſcribi debet ἵςασο.

*pro* τετύφσθω] Immo pro τετύπσθω, auctore Lennepio p. 100., vt τέτυφθον, τετύφθων, τέτυφθε, τετύφθωσαν, pro τέτυπσθον, τετύπσθων, τέτυπσθε, τετύπσθωσαν. nam, eiecta, propter concurſum trium conſonantium, litera σ, π ante θ mutari in literam adſpiratam φ debet. v. gram. p. 30. 1.

*formatur a ſec. perſ. perf. indicat.*] Immo a ſec. perſ. ſing. pluſquamperf. indicatiui, demto augmento, vt iam, ante Lennepium p. 100., Clenardius inſtitutt. L. Gr. p. 68. Hanou. mai. docuit. Sic, πεφύλαξο, ex ἐπεφύλαξο, in orac. apud Herodo. 7, 148. Itaque τέτυφθον, τετύφθων, τέτυφθε, τετύφθωσαν, dicuntur, etiam euphoniae cauſſa, pro τέτυπσθον, τετύπσθων, τέτυπσθε, τετύπσθωσαν. Exempla verborum circumflexorum, et in μι exeuntium, in editionibus Lipſienſibus primis non inueniuntur.

Ad p. 153. *aor. 1.* τύφθητι] Pro τύφθηθι. vid. gram. p. 31. III. b. Atque ex iis, quae ſupra de forma aor. 1. indicat. dicta ſunt, patet, aor. 1. et 2., de Lennepii ſententia, eſſe, qua formam, praeſentia, et imperfecta, ducta a praeſentibus inuſitatis τύφθημι, et τύπημι. Caeterum nec hoc loco in editt. Lipſienſibus primis exempla reliquorum verborum propoſita extant.

*Praeſ.* τυπτοίμην] Reſcribe, *Praeſens, et Imperfectum.* Haec tempora ducta ſunt ab imperf. indicatiui, inſerta litera ι ante ſyllabam μην, et abiecto augmento. v. Lennepius p. 101. Sic, ἐπιγιγνοίσθην Plato Soph. 37.: λεγοίσθην Id. ib. 49.

*prima perſ. dual. et plur., vt in praeſ. indicat.*] Quae quidem verba eo ſpectare apparet, quod lingua Dorica hanc perſonam exire in εσθον, et εσθα, iuſſerit. Nobis vero non contigit vllum eius exemplum vſpiam obſeruare. v. ad gram. p. 147.

*tert. perſ. plur. Ionice τυπτοίατο*] Etymol. M. p. 258. 48. Δευοίατο [Il. β', 128. έ, 202.]. ῥῆμα εὐκτικὸν παθητικὸν, τρίτȣ προσώπȣ τῶν πληθυντικῶν, μέσȣ ἀορίςȣ δευτέρȣ. Καὶ οἱ Ἴωνες ἐπὶ τȣ̃ εὐκτικȣ̃ τρίτȣ προσώπȣ τῶν πληθυντικῶν, τιθέασιν ἀντὶ τȣ̃ ν, α· τὸ γὰρ πίθοιντο πιθοίατο λέγȣσιν. Οὕτω καὶ τȣ̃το. Ἔτι οἱ Αἰολεῖς τρέπȣσι τὸ ἀμετάβολον εἰς α, φρασοίατο, καὶ γενοίατο. Pro ἔτι οἱ Αἰολεῖς reſcribi debere ἔτι δὲ καὶ οἱ Αἰολεῖς, acute vidit Sylburgius, cuius nota ad iſtum grammatici locum p. 14. b inſpici poteſt. Huius vero perſonae exempla multa in praeſ. et imperf., optatiui, et paſſiui, et medii, et in vtroque huius aoriſto, atque futuro, obſeruauimus. Et quanquam nonnulla eorum alio iam loco [animadverſſ. P. 1. p. 68.] laudauimus: tamen nunc reliqua ex aduerſariis noſtris ita depromere placuit, vt in vnum coacta locum apparerent, quo viderent linguae Graecae ſtudioſi, nec dialectum Atticam veterem abſtinuiſſe vſu formae Ionicae huius perſonae pluralis. Πευθοίατο Odyſ. ά, 157.: ἀγοίατο Herodo. 3, 48.: καταγοίατο Id. 4, 43.: ἀποφεροίατο Id. 7, 152.: συμφεροίατο Id. 1, 196.: νεμοίατο Id. 4, 99.: νομιζοίατο Id. 7, 151.: ἀφανιζοίατο Id. 7, 6.: δεοίατο Id. 5, 73.: αἰσθανοίατο Ariſt. Pac. 208.: ἐκσωζοίατο Aeſchyl. Perſſ. 451.: ἐχθαιροίατο Id. Supplicc. 762.: κτιζοίατο Id. Choëphorr. 482.: ἀνακτησαίατο, et τισαίατο, Herodo. 3, 75.: ἀρησαίατο Odyſ. ά, 164.: ἐπιφρασσαίατο Il. β', 282.: μνησαίατο ib. 492.: ἐκσωσαίατο Aeſchyl. Perſſ. 360.: γευσαίατο Herodo. 2, 47.: δεξαίατο Sophocl. Oed. Col. 44.: γενοίατο Il. β', 340.: vbi v. Euſtath. p. 234. 8.: ἰδοίατο Odyſ. ά,

163.:

163.: ἀπολοίατο Odyſ. ι, 554. Herodo. 1, 70. 8, 90.: ὀλοίατο Aeſchyl. S. c. Thebb. 558.: ἑλοίατο Herodo. 3, 38.: ἀπελοίατο Id. 1, 70.: ὑπερβαλοίατο Id. 6, 13.: ἀπικοίατο Id. 7, 233.: ἀποταμοίατο Id. 4, 99.: πυθοίατο Sophocl. Oed. Col. 962.: φευξοίατο Aeſchyl. Perſſ. 369.: ὀψοίατο, et γνωσοίατο, Sophocl. Oed. tyr. 1274. Vid. Portus Lex. Ion. in αιατο, et οιατο, atque Metarius p. 130.

τιμαοίμην, ῴμην] Vt in medio. Sic, χασμῷο Plato Gorg. 41. p. 148.: πειρῷτο Xen. Cyrop. 8, 1. 8.: αἰτιῷτο Iſaeus p. 44. To. 7. Reiſqu.: νικῴμεθα Plato Menex. 19.: ἡττῷντο Xen. Cyrop. 8, 1. 1.: Ion. plur. ἀνιωίατο, vel ἀνιῴατο, Herodo. 4, 130.: πειρῴατο Id. 6, 138.: μηχανοίατο Id. 6, 46.: quod ductum eſt, more Ionum, a praeſ. indicat., μηχανέομαι. Caeterum exempla verborum circumflexorum, et in μι deſinentium, atque adeo obſeruationes eo pertinentes, in exemplis Lipſienſibus primis deſunt.

Ad p. 154. *perſ. et pluſquamperf.*] Hoc tempus ducitur, Lennepio auctore p. 101., ab pluſquamperf. indicatiui, ſublato augmento, et addito ι.

τετιμῆτο] Sic, μεμνῄμην Il. ω, 745.: vulgo legitur male μεμνήμην, quum praecedat κέν· vbi Euſtathius p. 1373. 64., Τὸ δὲ μεμνῄμην, inquit, ἀνάλογον εὐκτικὸν, κατὰ τὸ κέκλημαι, καὶ κεκλῄμην, καὶ τὰ ὅμοια, ὡς οἱ τεχνικοὶ κανονικῶς παραδιδόασιν· κεκλῇο Sophocl. Philoct. 118.: μεμνῇτο Ariſt. Plut. 992.: ſchol. Ven. ad Il. ψ, 361. Τὸ δὲ ἀνάλογον διὰ τοῦ η, προσκειμένου τοῦ ι, παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτου [l. Πλούτῳ] δευτέρῳ, Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μέμνηταί [l. μεμνῇτό] μου· καὶ πάλιν προπερισπαστέον· ſed ap. Hom. Il. ψ, 361. legitur μεμνέῳτο, quod, vt μεμνῷτο, a praeſ. μνόομαι, vt μεμνῇτο a praeſ. μνάομαι, vel μνέομαι, ductum eſt: vbi ſchol. Venet. annotauit haec, Προπαροξυτονητέον τὸ μεμνέῳτο· γράφεται δὲ καὶ

 σὺν

σὺν τῷ ι τὸ ω. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, ἐκ τȣ̃ μεμνέοιτο ἡγȣ́μενος αὐτὸ εἶναι· παρὰ μέντοι Ξενοφῶντι ἄνευ τȣ̃ ε ἐστιν ὁ σχηματισμὸς, καὶ προπερισπᾶται, ἐν Κύρȣ παιδείας πρώτῳ, Ἀλλ᾽ ὅτε τὰ ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τὸν θεὸν [l. τῶν θεῶν] μεμνῷτο. Locus Xenophontis eſt Cyrop. 1, 6. 3., vbi nunc legitur, ὅτε ἄριστα πράττοι, et τῶν θεῶν μεμνῷτο, in Iunt. Ald. cod. Brem. et Guelf.: ſed in cod. Guelf. ſuper ῷ manus alia poſuerat ῇ· ſed in aliis libris ſuper ῷ ſcriptum fuiſſe videtur οι· vnde extitit ſcriptura cod. Palaeoc. μεμνοίῳτο. Nam Etymol. M. p. 578. 54. Μεμνέῳτο· — προπαροξύνεται, καὶ σὺν τῷ ι γράφεται· ἀπὸ τȣ̃ μεμνέοιτο, αὐξήσει τȣ̃ ο εἰς ω, μεμνέῳτο· Ξενοφῶν δὲ [Cyrop. 1, 6. 3.] μεμνῷτο ἄνευ τȣ̃ ε· Κράτης δὲ μεμνοῖτο· τὸ δὲ ἀνάλογον μεμνῇτο, διὰ τȣ̃ η, προσκειμένȣ τȣ̃ ι. Πίνδαρος δὲ Δωρικώτερον διὰ τῆς αι, μεμναίατο. Euſtath. ad Il. ψ′ p. 1305. 46. Τὸ δὲ μεμνέῳτο, ἢ ἐκ τȣ̃ μεμνέοιτο γίνεται κατ᾽ ἔκτασιν τȣ̃ ο εἰς ω, ὁποῖα καὶ ἄλλα εὐκτικὰ τοιαῦτα ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖνται, ἢ ἀπὸ τȣ̃ μεμνῷτο, ἐπενεθέντος τȣ̃ ε.

*ex* ἐστάω] Editt. Lipſienſes primae habent ex στάω· *hinc* ἐσταίμην, ἐσταῖο *etc.*, et verba, *Sic* κτείνω — αἶτο, vt paulo poſt verba, *Sic* ἐζευγμένος εἴην, εἴης κ. τ. λ., omittunt: ſed pro λελῦο recte legunt, vt Batauae, λελυῖο. Λελῦτο legitur ap. Hom. Odyſ. σ′, 237. Nam ſyllaba penultima longa eſt, quum λυ exstiterit ex λυι, ex obſeruatione ſupra, loco gram. laudato, propoſita, quae confirmatur auctoritate grammaticorum veterum: v. Etymol. M. p. 72. 26. et p. 775. 23. Euſtath. ad Il. ν′ p. 938. 43. π′ p. 1047, 53. φ′ p. 1224. 58.: ita, vt neceſſe non ſit legere λελῦντο, quomodo legiſſe videtur auctor Etymol. M. Is enim reſpiciens ad iſtum poëtae locum, Λελῦντο, inquit, προπερισπᾶται τὸ εὐκτικόν. Rectius vero ita praecipit, quam Euſtathius. Is enim quum ſcriptum inueniſſet λέλυτο, quae

quae fuit librorum editorum ante Clarquium ſcriptura, annotauit ibi p. 1845. 6. haec, Τὸ δὲ, λέλυτο δὲ γυῖα ἑκάςου, ταυτόν ἐςι τῷ λυθεῖεν· ὁριςικὸν μὲν ὂν, τεθὲν δὲ ἀντὶ εὐκτικοῦ· ἴσως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ λελύοιτο συγκέκοπται. At nec ſic ſyllaba λυ longa eſſe poteſt. Scilicet immemor fuerat tum ſummus grammaticus praecepti ab ipſo, vt ante vidimus, propoſiti.

τετυμμένος εἴην] Sic, ἁλισμένη εἴη Herodo. 7, 208.: διεσκεδασμένοι εἶεν Id. 1, 63.

*hanc periphraſticam formam*] Priſcian. 8. p. 314. Baſil. *In paſſiuis, et communibus, et deponentibus, id eſt, in omnibus verbis in* or *terminantibus, deſunt tempora praeterita perfecta, et omnia, quae ex his naſcuntur: participia tamen, coniuncta verbo ſubſtantiuo, id eſt, ſum, et omni eius tempori, eorum vice funguntur. Quod Graeci quoque ſolent facere in multis verbis temporis praeteriti perfecti, et pluſquamperfecti, et maxime in modo optatiuo, et ſubiunctiuo:* τετυμμένοι εἰσὶ, τετυμμένοι ἦσαν, ὁριςικά· εὐκτικὰ, τετυμμένος εἴην εἴης εἴη, τετυμμένω εἴητον εἰήτην, τετυμμένοι εἴημεν εἴητε εἴησαν· ὑποτακτικὰ, τετυμμένος ἐὰν ὦ ᾖς, ᾖ, τετυμμένω ἐὰν ἦτον· τετυμμένοι ἐὰν ὦμεν ἦτε ὦσι.

*dicta barytona*] Ita enim dicuntur omnia verba, quae nullum accentum ſcriptum habent in vltima, ſed grauem intellectum: quae ſunt verba Sylburgii ad Clenard. p. 483. Hanou. mai.

*aor. 1.* τυφθείην] Hic vero aoriſtus, vt alter ille τυπείην, eſt, Lennepio auctore p. 102., praeſens, et imperfectum, optatiui actiui, quae ducta ſint a praeſentibus τύφθημι, et τύπημι. Qua quidem de re ex iis, quae ſupra de aoriſto vtroque indicatiui diſputata ſunt, conſtare poteſt.

*prima perſ. plur. Dor.* εἴημες] Huius vero perſonae nullum nobis, neque ipſis obſeruare exemplum, neque ab aliis annotatum reperire, licuerat. Sed ἐκσωθεῖμεν habet Eurip. Iphig. Taur. 1025.: σωθεῖμεν Id. ib. 1028.:

 λυπη-

λυπηθεῖμεν Id. Hel. 777.: ϛερηθεῖμεν Plato Sophiſt. 44.: qui tamen ib. 36. ſcripſit ἐπερωτηθείημεν· ἀπαλλαχθεῖτε Ariſt. Veſpp. 482.: διεργασθεῖτε Eurip. Heracll. 175.: ἁλισθεῖεν Herodo. 1, 63.: ἐπαισχυνθεῖεν Plato Sophiſt. 34.: ἀναγκασθεῖεν Iſocr. Paneg. p. 208. To. 1.: μνησθεῖεν, et διαλεχθεῖεν, Id. Panath. p. 184. To. 2.: πληγεῖεν Xen. Cyrop. 2, 3. 8. Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 88. ſ. et Daueſius miſcell. critt. p. 246. ſ. ed. pr. Editiones Lipſſ. primae nec hoc loco habent exempla aor. 1. caeterorum verborum.

Ad p. 155. *fut. 1. 2. paulo poſt fut.*] Lennepii ſententia de origine, et formatione, horum futurorum quae fuerit, cognoſci poteſt ex iis, quae ante dicta ſunt de futuris indicatiui. Exempla verborum purorum, et in μι exeuntium, in editionibus Lipſſ. primis praetermiſſa ſunt.

*praeſ.* τύπτωμαι] Adde, *et imperf.* Macrobius p. 682. *Graeci in coniunctiuo modo tempora bina coniungunt.*

*ſec. perſ. ſing. Ion.* τύπτηαι] Sic, βούληαι Heſiod. Ἔργ. 647.: δύνηαι Id. ib. 350. Neque enim horum temporum paſſiuorum forma diſtat a forma eorundem temporum mediorum.

τιμάη, τιμᾷ] Phrynichus Appar. Sophiſt. apud Montefalc. bibl. Coiſlin. p. 467. Ἵν' ἀκροᾷ· οὕτω τὸ ὑποτακτικὸν χρὴ λέγειν τῶν δευτέρων προσώπων παθητικῶν ἑνικῶν, ἵνα ἀκροῶμαι, ἵνα ἀκροᾷ, ἵνα ἀκροᾶται, καὶ ἵνα γελᾷ. Moeris: Ἀκροᾷ, Ἀττικῶς· ἀκροᾶσαι, Ἑλληνικῶς· vbi v. Pierſonius p. 16. Sic, κἂν ἀκροᾶσθε Lyſias p. 614. To. 1. Reiſqu. et Andocid. 1. p. 3. To. 2.

τιμάηται, ᾶται] Vt in praeſ. medio. Sic, ἢν — ὁρμᾶται Xen. Cyrop. 5, 4. 10.: ἢν — πειρᾶται Id. ib. 8, 5. 12.: ἐὰν ἡττᾶσθε Ariſt. Plut. 482.: ἵν' — ἐξαπατᾶσθε Demoſth. p. 759. To. 1. Sed huius, caeterorumque, verborum contractorum, et in μι deſinentium,

nentium, praeſ. et imperf. exempla abſunt in editionibus Lipſienſibus primis.

*vocalem, quaecunque etiam ſit*] Mutabilem puta. Κεκτῆσθε eſt apud Iſocr. Nicocl. p. 109. To. 1. Bat.

Ad p. 156. *ſic* ἕςωμαι — δεδῶμαι] Nam perf. indicat. eſt ἕςαμαι, et δέδομαι.

μαι *purum non habent*] Quo etiam ea verba referenda ſunt, quae ante ſyllabam μῆ habent vocalem immutabilem, vt κέκριμαι, λέλυμαι.

τυφθῆτον] Sic, ἐπειδὰν — διαλυθῆτον Plato Gorg. 80. p. 251. Lennepio vero etiam hos aoriſtos extitiſſe viſos eſſe e praeſentibus τυφθέω, vel τύφθημι, et τυπέω, vel τύπημι, ita, vt eſſent praeſentia, et imperfecta, actiua coniunctiui, ex iis patet, quae ſupra de vtroque aoriſto indicatiui dicta ſunt. In editionibus Lipſienſibus primis exempla aor. 1. verborum purorum, et in μι exeuntium, non extant.

*tert. perſ. plur. Dor.* ωντι] Ἀποτμηθέωντι, λαφθέωντι, et ἐγγραφέωντι, ex Archimede p. 67. 83. 137. laudauit Metarius p. 230.

*Ionice eſt* τυφθέω] Sic, ὑγρανθέωσιν Hippocr. περὶ ἀρχ. 17. p. 122. To. 1. Lind., ſed περὶ φύσ. παιδ. 2. p. 134. To. 1. nunc legitur διαθερμανθῇ. Nam librarii etiam Ionicas verborum formas mutarunt fere in communes. Locos Herodoti collegit Portus Lex. Ion. in εω. Conf. animaduerſſ. P. 1. p. 76.

*poët. interdum* τυφθείω] Sic, aor. 2. δαείω, pro δαῶ, Il. κ', 425. Odyſ. ί, 280.: v. Euſtath. ad Il. θ' p. 728. 17.: δαμείω Odyſ. σ', 54.: v. Etymol. M. v. θείομεν p. 449. 36.: δαμείετε, pro δαμείητε, Il. ή, 72.

*fut. huius modi — et verbo ſubſtantiuo*] Immo exprimitur fere aor. 1. et 2. coniunctiui, addita particula ἄν, et κὲν apud poëtas: vt iam ſupra docuimus, vbi de natura, et conſequutione, temporum diſputauimus. Caeterum verba, *In circumflexis — notas*

 *ad*

*ad fut. 2. act. p. 133.*, in editt. Lipſienſibus primis deſunt.

*terminatio infinit. eſt* σθαι] Nimirum in praeſ. et imperf., perf. et pluſquamperf., fut. 1. 2. et paulo poſt fut.: ſed in aor. 1. et 2. terminatio infinitiui eſt ναι. Et in verbis liquidatis multis infinit. perf. deſinit in θαι, ne fiat concurſus trium conſonantium.

*et formatur a tert. perſ. cuiuſuis temporis*] Ita etiam Lennepius p. 102. hac de re praecepit. nam aor. 1. et 2. retulit, vt ſibi conſtaret, ad verba in μι. Atque hanc rationem confirmat maxime infinit. verborum liquidatorum, vt, πεφάνθαι, λελυμάνθαι, ἐκτεθηλάνθαι· quos infinitiuos apparet natos eſſe e tertia perſ. ſing. perf. πέφανται, λελύμανται, ἐκτεθήλανται.

*praeſ.* τύπτεσθαι] Adde, *et imperf.* Τύπτεσθαι legitur apud Plat. Gorg. 32. p. 116. Sed exemplis verborum circumflexorum editt. Lipſſ. primae carent.

Ad p. 157. *perf.* τετύφθαι] Adde, *et pluſquamperf.* In gram. pro *p. 167. not. 1.* reſcribi debet, *p. 146. not. 1.* Sic, ἐκπεπολεμῶσθαι Herodo. 5, 73.: πεφάνθαι Plato Soph. 18.: λελυμάνθαι Demoſth. p. 1439. To. 2.: ἐκτεθηλάνθαι Polyb. excc. legatt. 118. p. 771. To. 2. Lipſ. Sed Aeoles infinitiuos huius temporis, quorum penultima eſſet ſyllaba ορ, proparoxytona eſſe iuſſerunt, vt τέτορθαι, μέμορθαι, ἔφθορθαι, ἐγρήγορθαι, v. Euſtath. ad Il. κ' p. 790. 7. In exemplis Lipſſ. primis legitur tantum, *Sic* κεκρῖσθαι, πεποιῆσθαι, omiſſis verbis reliquis.

*aor. 1.* τυφθῆναι] Etiam hoc loco editt. Lipſſ. primae exhibent ſimpliciter infinit. aor. 1. 2. et fut. 1. 2. verbi τύπτομαι, praetermiſſis aliorum verborum exemplis.

*pro* ηναι *eſt Ion.* ημεν, *Attice* ημεναι] Vid. ad gram. p. 127. Haec vero obſeruatio rectius poni poterat poſt paulo poſt fut., quo editt. Lipſienſes primae omnino carent.

*praeſ.*

*praeſ.* τυπτόμενος] Adde, *et imperfectum.* In editt. Lipſſ. primis poſita ſunt omnia tempora participii verbi τύπτομαι ſimpliciter, neque additis verborum purorum, et in μι deſinentium, participiis. Τὸ τυπτόμενον, et τῷ τυπτομένῳ, leguntur apud Plat. Gorg. 32. p. 116.

Ad p. 158. *perf.* τετυμμένος] Adde, *et pluſquamperfectum.*

*fut. 2.* τυπησόμενος] Sic, ῥιφησόμενος Plut. V. C. Gracchi c. 3. p. 233. To. 5. Tub.

Ad p. 159. *typus verbi medii*] Verba, *Praeſens, et imperf.*, — *imperfecti*, *paſſiuae vocis*, deſunt, in editt. Lipſienſibus primis, ſed verbis, *Perfectum*, *Pluſquamperf.*, additae ſunt formae horum temporum ipſae, τέτυπα, ἐτετύπειν. Iam Lennepium, alioſque diſciplinae Hemſterhuſianae alumnos, ſupra ad gram. p. 112. ſignificauimus concedere Graecis vſum verborum mediorum, hoc eſt, eorum, quae non ſolam actionem, neque ſolam paſſionem, indicent, immo actionem cum paſſione, et paſſionem cum actione, coniunctam, ſiue actionem reciprocam, id eſt, eam, quae in agentem redeat: ſed declinationem horum verborum negant diuerſam eſſe a declinatione paſſiuorum, et actiuorum. Nam praeſentia, imperfecta, aoriſtos, et futura, aiunt eſſe tempora mere paſſiua, ſed perfecta, et pluſquamperfecta, eſſe tempora mere actiua, in omnibus modis, quae a formis praeſentium obſoletis ducta ſint. vid. Lennepius praelectt. acadd. de anal. L. Gr. c. 8. At primum hae praeſentium formae, quarum nec in grammaticorum veterum libris vlla appareant veſtigia, verendum eſt, ne ab ipſis huius rationis auctoribus, qui adiumenta eius, atque firmamenta, conquirenda ſibi eſſe viderent, excogitatae ſint, et confictae: deinde ſi tempora illa proprie eſſent mere paſſiua, vel mere actiua: cur tandem tam raro hac praedita poteſtate

inuenirentur? cur alia ſemper, vt ἀκροῶμαι, alia fere ſemper, ita eſſent vſurpata, vt actiones reciprocas indicarent? cur ab antiquis grammaticis laudaretur tam ſaepe ὁ μέσος παρακείμενος· vid. Etymol. M. v. τέτηκα p. 754. 16. ſchol. Leid. ad Il. α', 113.: μέσος ἀόριστος πρῶτος· v. Etymol. M. v. χερνίψαντο p. 809. 4.: μέσος ἀόριστος δεύτερος· v. Euſtath. ad Odyſ. ι p. 1637. 37.: ὁ μέσος ἀόριστος παθητικός· v. Etymol. M. p. 464. 12.: μέσος ἀόριστος δεύτερος παθητικός· v. Etymol. M. p. 783. 47.: ὁ μέσος μέλλων πρῶτος· v. Gregor. p. 127.: ὁ μέσος μέλλων β'· v. Etymol. M. p. 786. 25.? Et quum haec praeceptionis de declinatione verbi medii ratio cognitionem originis temporum eius iis impediat laqueis, e quibus ſe puerorum ingenia expedire vix poſſint: praeſtat profecto etiam hactenus ea praecepta ſequi, quae Vellerus cum aliis grammaticis recentioribus ea de re, auctoritate veterum grammaticorum, tradidit. Horum vero qualis eſſet praeceptio de verbo medio, eiuſque temporibus, vt viderent tirones: totum apponere viſum eſt locum Etymologi magni hunc [p. 754. 16.]: Τέτηκα· μέσος παρακείμενος, καὶ διάθεσις μέση. Καὶ τί ἐστι μέση διάθεσις; ἡ ποτὲ μὲν ἐνέργειαν, ποτὲ δὲ πάθος, παριστᾶσα. Καὶ τί παριστᾶ; ἐπειδὴ ὁ τῶν μέσων τύπος ἐπ' ἀμφοτέρας φθάνει τὰς διαθέσεις, εἰς ὃν ἡ ἑρμηνεία, ὁ τῶν μέσων τύπος φθάνει, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ χαρακτῆρος, καὶ ἐπὶ τοῦ παθητικοῦ· καὶ ἐπὶ τοῦ παθητικοῦ μὲν, διὰ τὸ ἠρεμοσάμην, καὶ κατηρξάμην· παθητικοῦ γὰρ τύπου ταῦτα· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐνεργητικοῦ, ὡς τὸ κέκοπα, καὶ πέπνιγα. Ἄλλως· τὸ λέλογα, καὶ πέφραδα, ἐνεργητικὴν ἔχει σημασίαν· τὸ δὲ τέθηπα, καὶ διέφθορα, παθητικήν· οἱ αὐτοὶ γὰρ σχηματισμοὶ, καὶ ἐπὶ ἐνεργητικοῦ λαμβάνονται, καὶ ἐπὶ παθητικοῦ. add. Euſtath. ad Il. β' p. 191. 41. Grammatici enim quidam tradidiſſe videntur, verba media, nunc paſſionem reciprocam, nunc reciprocam actionem,

actionem, indicare, ita quidem, vt aoriſtus haberet vim paſſionis ſui, perfectum actionem in agentem redeuntem, alii hoc ipſum tempus eſſe indicem, et actionis, et paſſionis, reciprocae.

Ad p. 160. *ſed et cum iis plane conueniunt*] Exempla Lipſienſia prima, et Bataua; legunt, *conſentiunt*: ſcilicet qua formationem, et declinationem, non item qua ſignificationem. Nam praeſens, et imperfectum, paſſiuum ducitur a praeſ., et imperf., actiuo, et declarat meram paſſionem, ſed praeſens, et imperfectum, medium indicat actionem reciprocam, atque adeo proficiſcitur et ipſum a praeſ., et imperf., actiuo, ita, vt ſyllabae priores indices ſint *actionis*, ſed poſtrema ſyllaba *reciprocationem* eius exprimat: id quod etiam de caeteris temporibus valet: vt apud Latinos ſyllabae primae, et vltimae, in temporibus omnibus verborum, quae *deponentia* dicuntur, illae *actionis*, hae actionis *reciprocae*, notae ſunt. Sic paſſ. φυλάττομαι, ἐφυλαττόμην, ἐφυλάχθην, *cuſtodior*, *obſeruor*; *cuſtodiebar*, *obſeruabar*; *cuſtoditus*, *obſeruatus*, *ſum*: ſed med. φυλάττομαι, ἐφυλαττόμην, ἐφυλαξάμην, *cuſtodio*, *obſeruo*, *me*, h. e. φυλάττω ἐμαυτὸν, *mihi caueo* [v. Plato Gorg. 36. p. 127.]: *cuſtodiebam*, *obſeruabam*, *me*, *cauebam mihi*; *cuſtodiui*, *obſeruaui*, *me*, *caui mihi*.

*aliis a praeſenti: aliis a praeter. act.*] Haec verba in editt. Lipſienſibus primis, atque Batauis, non leguntur. Et in eorum quidem numero, qui perf. med. ductum eſſe putarunt a praeſ. actiuo, fuit Caninius: v. eius Ἑλλην. p. 293. ſ. Cren.: vt Lennepius d. l. p. 107. ſ., qui etiam hoc in genere praeceptionis ſuae adiumenta a formis praeſentium obſoletis petit: ſed idem tempus natales ſuos debere perf. actiuo, docet Clenardius inſtitutt. L. Gr. p. 72. Hanou. mai. Vtrique rationi praeferenda eſſe videtur ea, quam Vellerus ſequitur, quia ſimplicior eſt, et in perf. med. omnium verborum cadit.

*aor. 1.*

*aor. 1. Ion.* τυψασκάμην] Ita legitur etiam in editt. Lipſſ. primis, et Batauis: ſed emendari debet, τυψασκόμην, vt legitur gram. p. 162. vid. ad gram. p. 127.

*fut. 1. Dorice — etiam* ευνται] Sic, ᾀσεῦμαι Theocr. Idyl. 3, 38.: αἰρξεῦμαι Idyl. 7, 95.: κεισεῦμαι Idyl. 3, 53.: quem locum laudat Gregor. p. 119. ſ., Τὸ κείσομαι, inquiens, κεισοῦμαι λέγουσιν [*Dores*], εἶτα τρέπουσι καὶ τὴν ου δίφθογγον εἰς τὴν ευ ἀποισῆ, et λαψῆ, Idyl. 1, 4.: πευσεῖσθε Idyl. 3, 51. Gregor. p. 127. Τοὺς μέσους μέλλοντας πρώτους περισπῶσιν [*Dores*]· ὡς Θεόκριτος, Μή μευ λωβησεῖσθε τὰς ἀμπέλως· καὶ ἐπὶ τῶν ὑποτακτικῶν διὰ διφθόγγου γράφουσι· locus poëtae eſt Idyl. 5, 109., vbi nunc legitur, λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· vid. ad Gregor. p. 128. ſ. Koenius, qui e tabula Heracleenſi priore exempla tert. perſ. ſing. Dorica attulit haec, ἐγδικαξῆται, ἐσσῆται, οἰκοδομησῆται, καρπευσῆται, ἐργαξῆται, in quibus litera ῆ poſita eſt pro diphthongo ει. Alios Theocriti huius generis locos congeſſit Portus Lex. Dor. in ευ. et ουμαι. Sic, τεθναξοῦμαι Braſidas ap. Plut. apophthegmm. Laconn. p. 203. To. 8. Tub. Conf. nos ad gram. p. 132. et Metarius p. 228. Sed Attici quoque hoc futurum exire in ουμαι iuſſerunt: vt, πλευσούμεθα Thuc. 1, 143.: φευξούμεθα Ariſtoph. Plut. 447.: φευξεῖσθε Demoſth. p. 990. To. 1.: ἀποφευξούμεθα Ariſt. Auu. 933.: περιφευξοῦμαι Demoſth. p. 1265. To. 2. Vnde pro ἀποφευξόμενος ap. Demoſth. p. 840. To. 1. reſcripſit ἀποφευξούμενος Reïſquius, vt περιφευξεῖσθαι e cod. Aug., pro περιφεύξεσθαι, p. 1256. To. 2.

*fut. 2. Dor. — eſt* ευμαι] Vt, μαθεῦμαι Theocrit. Idyl. 11, 60. v. Portus Lex. Dor. h. v.

*Ion. reſoluitur*] Certe apud Herodotum legitur ἀποθανέαι, pro ἀποθανῇ· v. Portus Lex. Ion. h. v.: vt fut. 1. εὐφρανέεαι· v. Portus Lex. Ion. h. v. et in εεαι.

Caete-

Caeterum in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, legitur, *vel Dorice — vel Ionice.*

*de ſignificatione vix — doceat*] In exemplis Lipſienſibus primis, et Batauis, legitur haec obſeruatio his propoſita verbis, *De ſignificatione vix vllum praeceptum tradi poteſt, cum id ex vſu ſcriptorum melius, quam ex praeceptionibus, colligatur. Neque enim, quod quidam ſcribunt, praeſens vtramque ſignificationem habet, niſi in quibuſdam, neque praeterita ſemper actiue accipiuntur, niſi in quibuſdam. Vſus ergo hic attendendus.* Hoc vero praeceptum totum, praeter verba, *Vſus ergo hic attendendus*, huc tranſlatum eſt e Caninii Ἑλλην. p. 293. Cren. Scilicet verborum mediorum, vt ſupra iam ad gram. p. 126. demonſtrauimus, natiua, et propria, vis haec eſt, vt exprimant *actionem*, vel *paſſionem, reciprocam*, hoc eſt, vt de iis vſurpentur, qui, vel ipſi aliquid a ſe patiuntur, vel ab aliis fieri ſibi aliquid iubent, atque adeo ab iis ſponte aliquid, volenteſque, patiuntur, ita, vt inter actiua verba, et paſſiua, quaſi interiecta ſint: vt, τύπτομαι *ferio me*, vel *fieriri me iubeo, ſino, patior:* τύπτεσθαι, τά τε στήθη, καὶ τὰ πρόσωπα, *tundere palmis, et pectora ſua*, vel *ſibi, et ora*, Arrian. anab. 7. p. 496. Blanc. Hanc vero verborum mediorum vim, eorumque a verbis paſſiuis differentiam, non ſatis cognitam fuiſſe multis, intellegi poteſt ex iis, quae apud Macrobium de differr. verbi Gr. et Lat. p. 695., et apud Euſtathium ad Il. α' p. 191. 41. ad Odyſ. γ' p. 1461. 49., leguntur. Putarunt enim, ea verba, quae in μαι deſinerent, hacque vna, eademque, forma, et actum, et paſſionem, deſignarent, eſſe μέσα, vel, vt Euſtathius loquitur, μέσως ἔχειν. vnde Macrobius ea nominauit *communia.*

*ſed poterit tamen — editus eſt*] Haec vero verba noſmet ipſi adiicienda curauimus ante hos duo, et quadraginta, ſeptemque, et decem, annos. Libellus Neocori

Neocori ſeparatim quidem exiit primum Pariſiis A. C. 1714. duodenis, iterum Leidae A. C. 1717.: ſed Lipſiae editus eſt A. C. 1733. et A. C. 1752. octonis, a Chriſto. Vollio, qui, praeter aliorum virorum doctorum de hoc verborum genere obſeruationes, ſuam ipſius diſſertationem addidit, in qua vnice hoc egit, vt doceret, verba media eſſe, et qua ſignificationem, et qua declinationem, a verbis actiuis, et paſſiuis, diuerſa, hoc eſt, reciproca, et retranſitiua: et nos eadem in vrbe A. C. 1755. octonis emiſimus commentarium Segim. Frider. Dreſigii de verbis mediis N. T., praemiſſo eodem illo Neocori opuſculo: cui quum oppoſuiſſet Ioh. Clericus peculiarem diſſertationem lingua Francogallica conſcriptam, et a Dreſigio in Latinam conuerſam, in qua hoc ſequutus eſt, vt demonſtraret, verba media, neque formatione, neque ſignificatione, a verbis actiuis, et paſſiuis, differre: nobis quoque viſum eſt eam adiungere comitem, et Neocori libello, et commentario Dreſigii: qui quidem non parum laudatur ab Euer. Scheidio in animaduerſionibus ad Lennepii praelectt. acadd. de anal. L. Gr. p. 432.

Ad p. 161. *formatur a fut. 2. actiuo*] Lennepio p. 108. e ſupra dictis intellegi poteſt hoc perf. med. viſum eſſe perf. actiuum, ductum a forma praeſentis obſoleta τύπω. At ab antiquis grammaticis laudatur ſaepiſſime *ὁ μέσος παρακείμενος*· v. Euſtath. ad Il. α p. 191. 41. Et Clarquius ad Hom. Il. β', 314., *Notandum hic*, inquit, *quod grammatici vix obſeruarunt, praeterita media non vnam habere omnia formandi rationem. Alia enim aoriſti ſecundi ſequuntur analogiam*, vt, τύπτω ἔτυπον τέτυπα, λέγω ἔλεγον λέλογα, φράζω ἔφραδον πέφραδα· *alia autem, vel ex aoriſto primo, vel ex praeſenti, retinent, vel diphthongum, vt*, φαίνω ἔφηνα ἔφανον πέφηνα, πείθω ἔπιθον πέποιθα, σαίρω ἔσαρον σέσηρα, φεύγω ἔφυγον πέφευγα·

*vel*

*vel ſyllabam poſitione longam, vt,* δέρκω ἔδρακον δέδορκα, πέρθω ἔπραθον πέπορθα· *vel vocalem longam,* vt, τρίζω ἔτριγον τέτρῖγα, — πράττω ἔπραγον πέπρᾱγα. Haec autem omnia etiam a Vellero, et quidem ita, praecipiuntur, vt facilius a pueris, atque certius, cognoſci poſſint. Sic, ὄπτω· fut. 2. ὀπῶ· perf. med. ὦπα, et ὄπωπα· ὄλω· fut. 2. ὀλῶ· perf. med. ὦλα, et ὄλωλα· v. ſupra ad gram. p. 118. Κράζω· fut. 2. κραγῶ· perf. med. κέκραγας Aeſchyl. Prom. 742.: κέκραγε Ioh. 1, 15.: pluſquamperf. ἐκεκράγετε Xen. Cyrop. 1, 3. 9.: partic. κεκραγὼς Demoſth. p. 784. To. 1. Πράττω *ago:* fut. 2. πραγῶ· perf. med. πέπραγα· pluſquamperf. ἐπεπράγεσαν Thuc. 2, 4. Φράζω· fut. 2. φραδῶ· perf. med. πέφραδε Odyſ. α΄, 444.: διεπέφραδε Il. υ΄, 340.: imperat. πέφραδε Odyſ. α΄, 273.: vbi v. Euſtath. p. 1416. 47.: qui tamen addit, ἢ ἀόριςος δεύτερος φράδε, καὶ κατὰ διπλασιασμὸν πέφραδε· vt optat. πεφράδοι Il. ξ΄, 335.: recte: certe Odyſ. τ΄, 477., et η΄, 49., infinit. πεφραδέειν, et πεφραδέμεν, legitur. At aeque recte haec tempora poſſunt eſſe praeſentia, ducta a forma praeſentis πεφράδω, quae originem ſuam perf. med. πέφραδα debeat. vid. ad gram. p. 113. Caeterum in editt. Lipſſ. primis verbis Graecis non adiuncta ſunt verba Latina: etiam in Batauis exemplis verbum τύπτω ſimpliciter poſitum extat, et pro *cano fidibus* legitur tantum *cano.*

*ε disſyllaborum, et α, mutatur in ο*] Euſtath. ad Il. α΄ p. 149. 1. Διὰ τὸν κανόνα, δι᾽ ὃ ὥρισαι καθολικῶς, ὅτι ἐπὶ τῶν βαρυτόνων, δι᾽ ὃ συμφώνου ἐκφέρεται ὁ ἐνεςὼς, δι᾽ αὐτοῦ καὶ ὁ μέσος παρακείμενος· οἷον λείβω λέλοιβα· λέγω λέλογα, κατὰ τὸν Ἡρωδιανόν. add. idem ad Odyſ. λ΄ p. 1687. 7. Etymol. M. v. τάμον p. 745. Τάμον, ἀόριςος δεύτερος· καὶ τάμητε ὑποτακτικόν· καὶ ἡ μετοχὴ, ταμών· — τὸ ῥῆμα τέμνω· — ὁ μέσος παρακείμενος, τέτομα. At aor. 2. τάμον extitiſſe

extitiſſe e forma praeſ. Dorica, et Ionica, τάμω, quae formam praeſ. τάμνω peperit, in loco de verbis anomalis v. τέμνω dicetur. Sic, κτείνω· fut. 2. κτανῶ· perf. med. ἔκτονα. Etymol. M. p. 128. 1. Ἀπέκτονε· κτείνω, κτενῶ· μέσος παρακείμενος, ἔκτονα. Moeris: Ἀπέκτονεν [Xen. Apol. 29.], Ἀττικῶς· ἀπέκταγκεν, Ἑλληνικῶς· ita Pierſonius edidit, vt Hudſonius ἀπέκτανεν· ſed haud dubie legi debet, ἀπέκτεινεν, praeeunte Thoma Magiſtro: Atticiſta anonymus apud Villoiſonium Anecdd. Grr. p. 81. To. 2., Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἀπέκτεινεν, ἀπέκτανεν· leg. ἀπέκτονεν, v. nos ad Plat. Apol. 30, 2. Sic, ἀπέκτονα Demoſth. p. 593. 792. To. 1.: ἀπέκτονας Plut. apophthegmm. regg. p. 163. To. 5.: ἀπεκτόνασι Iſocr. Panathen. p. 214. To. 2. Bat. Lyſias 10. p. 348. To. 1.: pluſquamp. ἀπεκτόνει Cteſ. excc. Perſſ. 46.: optat. ἀπεκτόνοι Plut. V. Artax. 14. p. 402. To. 5.: ἀπεκτονότες εἶεν Arrian. anab. 5. p. 353. Blanc.: infin. ἀπεκτονέναι Demoſth. p. 693. To. 1.: partic. ἀπεκτονὼς Id. ib. p. 644. 662. Μένω· fut. 2. μενῶ· perf. med. μέμονα· v. Etymol. M. p. 578. 22.: μέμονας Il. η, 36.: μέμονε Il. μ, 304.: infinit. μεμονέναι Herodo. 6, 84. Στέργω· fut. 2. στεργῶ· perf. med. ἔστοργα· partic. ἐστοργὼς Herodo. 7, 104. Ἐγχέζω· fut. 2. ἐγχεδῶ· perf. med. ἐγκέχοδα Ariſt. Rann. 482.: ἐγκεχόδασι Id. Veſpp. 624. Πέρδω· fut. 2. παρδῶ· perf. med. πέπορδα Ariſt. Pac. 334. Φθείρω· fut. 2. φθαρῶ· perf. med. ἔφθορα· vt, διέφθορεν Sophocl. Electr. 307.: διεφθορότων Plut. de vtil. ex inimm. p. 271. To. 7. Tub. v. Euſtath. ad Il. β' p. 191. 25. Δέρκω· fut. 2. δαρκῶ· perf. med. δέδορκα· partic. δεδορκότα Herodo. V. Hom. 3. Conf. Portus Lex. Dor. in ο pro ε. Huc referri debent, ἔργω· fut. 2. ἐργῶ· perf. med. ἔοργα, ὦργα· pluſquamperf. ἐώργειν. Ἔλπω· fut. 2. ἐλπῶ· perf. med. ἔολπα, ὦλπα· pluſquamperf. ἐώλπειν.

iota

*iota fut. ſec. — in η*] Λέλοιπεν Il. ά, 235.: pluſquamperf. ἐλελοίπει Xen. Cyrop. 2, 1. 8. ἀπολελοίπει Arrian. anab. 3. p. 204. Euſtathius ad Odyſ. ί p. 1618. 48. Τὸ δὲ πεποιθότες Αἰολικόν ἐστι καθ' Ἡρακλείδην, ὃς λέγει, ὅτι τὸ οἶδα, πέποιθα, λέλοιπα, δέδοικα, Αἰολικοί εἰσι παρακείμενοι· χαίρουσι γὰρ Αἰολεῖς τοιαύταις παρατελεύτοις· τὰ δὲ κοινὰ αὐτῶν, εἶδα, πέπειθα, λέλειπα, δέδεικα. add. idem ad Il. λ' p. 853. 5. Heraclides enim putaſſe videtur, perf. med. duci a praeſ. act. At pro πέποιθα, ex analogiae legibus, antiquitus dictum eſſe πέπιθα, loquitur praeſens πεπίθω, et πεπιθέω, cuius veſtigia in Homeri carminibus extant. vid. Il. χ', 223. Etymol. M. p. 322. 8. Ἔκηα [Il. ά, 40. θ', 240.] — παρὰ τὸ καίω, ὁ μέσος παρακείμενος, κέκηα· καὶ ἀποβολῇ τοῦ κ. Phavorinus, neſciebam quo auctore: Πέφηνα, ἐκ τοῦ φαίνω φανῶ ἔφηνα· μέσος παρακείμενος πέφηνα, ὡς χαίνω χανῶ κέχηνα, μαίνω μανῶ μέμηνα, δαίω, τὸ καίω, δέδηα, καὶ ἔδηα, καίω κέκηα ἔκηα. Ἰστέον, ὅτι, ἐὰν ὁ ἐνεστὼς τῇ αι διφθόγγῳ παραλήγεται, τρέπεται ἐν τῷ μέσῳ παρακειμένῳ, καὶ ἐν τῷ ἐνεργητικῷ ἀορίστῳ, τὸ ᾱ τοῦ μέλλοντος εἰς η. Πέφηνα habet Eurip. Iphig. Aul. 973.: πεφήνασι Plut. oracc. Pyth. p. 402. D To. 2. Vechel.: κεχηνότα Hom. Il. π', 409.: κεχηνότων Anacr. odar. 33, 12.

*cui plerique iota ſubſcribunt*] Sed perperam, quum η ortum ſit ex ᾱ, non ex αι, vt iam ſupra oſtendimus ad gram. p. 136. Pro *cui* editt. Lipſſ. primae habent *quibus*.

*quaedam, quae — ſimplex ᾱ habent*] Τέθηλε Anacr. odar. 62, 12.: pluſquamp. τεθήλει Odyſ. έ, 69.: coni. τεθήλῃ Herodo. V. Hom. 11.: ſed partic. τεθαλυῖα Odyſ. ν', 245.: τεθαλυίῃ Odyſ. λ', 414.: τεθαλυῖαν Heſiod. Θεογ. 902.: τεθηλὸς Odyſ. μ', 103.: vt κεκληγὼς Il. έ, 591.: κεκληγότες Il. μ', 125. v. Etymol. M. p. 499. ſ. Conf. gram. p. 5, 2.

*nonnulla pro vocali — longam praeſ.*] Πέφευγε Anacr. odar. 4113.: optat. πεφεύγοι Il. φ', 609.: partic. πεφευγότες Odyſ. α', 12. Hanc vero perfecti formam videri eſſe formam perf. actiui, ſupra ad gram. p. 134. demonſtrauimus. Κέκευθε Il. χ', 118. Odyſ. γ', 18.: ſed coni. κεκύθωσιν Odyſ. ζ', 303.: vbi v. Euſtath. p. 1564. 22. Λέληθας Eurip. Alceſt. 59.: pluſquamp. ἐλελήθει Ariſt. Nubb. 379. Τέτηκα Hom. Il. γ', 176.: v. Euſtath. ad Il. β', p. 191. 41. 45.: partic. τετηκυίας Arrian. anab. 7. p. 490.: κατατέτηκα Ariſt. Plut. 1630. Etymol. M. p. 754. 16. Τέτηκα, μέσος παρακείμενος. Πεπληγὼς Il. χ', 497.: πεπληγυῖα Il. ἑ, 763. Σέσηπε Il. β', 135.: κατασέσηπας Ariſt. Plut. 1036. v. Euſtath. ad Il. β' p. 191. 24. 41. 44. Sic, γήθω, γαθῶ, γέγηθα Ariſt. Pac. 334.: γέγηθε Hom. Il. θ', 555.: pluſquamp. γεγήθει Il. ν', 494.: partic. γεγηθότες Plato Phaedon. 35.: ſed Heraclidi apud Euſtath. ad Odyſ. δ' p. 1700. 49. γεγηθὼς videbatur extitiſſe, per ſyncopen Ionicam, ex γεγηθηκώς. Θήπω, fut. 2. θαπῶ, perf. med. τέθηπα Herodo. 2, 156. Πλήθω, fut. 2. πλαθῶ, perf. med. πέπληθα· partic. πεπληθυῖαν Theocr. Idyl. 22, 38. Caeterum in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, temere adiecta ſunt verba, *Sic* ἕστηκα *a* στάω.

*anomala ſunt*, λέλογχα, *a* λαγχάνω] Λέλογχε Sappho fragmm. 47, 3. p. 70. Lyc. Partic. λελογχότα Herodo. V. Hom. 2. Alii grammatici ductum eſſe putarunt a praeſ. λέγω· v. Euſtath. ad Odyſ. λ' p. 1687. 6.: ex quo ipſo loco cognoſcitur, aliis hoc tempus viſum eſſe praeſ. act., aliis perf. med., aliis ex hoc vtroque tempore miſtum. add. idem ad Odyſ. κ' p. 1663. 11. et Etymol. M. v. λέλογχα p. 560. et p. 569. 39. Conf. animaduerſionum P. 1. p. 185. Plura dicentur in loco de verbis anomalis v. λαγχάνω. Et de forma perf. med. δέδοικα [Eurip. Phoenn. 397.], pro δέδοιδα, v. Etymol. M. h. v. p. 253., et Hero-

Herodianus apud Euſtath. ad Il. α p. 149. 3. Caeterum in editt. Lipſſ. primis legitur, *pro δέδοιδα metuo a δείδω*, ſed in Batauis, *pro δέδοιδα a δείδω, metuo.*

*ſic in circumflexis*] Haec verba in editt. Lipſſ. primis deſunt: ſed ipſa exempla perf. med. πέφιλα, et τέτιμα, certum videtur eſſe ab eo, a quo adiecta ſunt, ex analogiae legibus, conficta.

*reliqua cum fut. 2. — ſicut verba in μι*] Neque hanc obſeruationem editt. Lipſienſes primae habent.

*ἐτετύπειν — vt actiuum*] Editt. Lipſſ. primae legunt ſimpliciter, *ἐτετύπειν actiu.*

Ad p. 162. *formatur — ſyllaba μην*] Vid. Lennepius p. 99. Exempla aor. 1. verborum circumflexorum non minus, quam ipſae annotationes ad hoc tempus pertinentes, in editt. Lipſſ. primis deſunt.

*εὑράμην pro εὑρησάμην*] Euſtath. ad Odyſ. ι p. 1637. 39. ἐξ ȣ̃ καὶ τὸ εὑρέσθαι ἀπαρέμφατον· τȣ̃ γὰρ εὑράμην, καὶ τȣ̃ εὑρασθαι, ȣ̓κ ἔςι χρῆσιν εὑρεῖν. At infinit. εὑρασθαι legitur apud Zoſim. 3, 16. 4.: et partic. εὑράμενον, et εὑράμενος, apud Hegeſian. eleg. 88. 94. apud Rhunquen. ep. crit. 2. p. 297. ſ. et Hebrr. 9, 12.: vbi v. Albertius, et Georgius Hierocr. 1. p. 30., et Metarius p. 49. Scilicet aor. 1. εὑράμην ductus eſſe videtur ab aor. 1. act. εὗρα, et hic a fut. 1. εὑρῶ praeſ. obſoleti εὑρέω, ita, vt ſyncopes auxilio carere poſſe videamur. Plura dicentur in loco de verbis anomalis v. εὑρίσκω.

*Ion. ἐπρίαο*] Et Dorice. v. Portus Lex. Ion. et Dor. in αο. Sic, ἐείσαο Hom. Il. ι, 641. [645.]: vbi tamen etiam in libris Platonis Cratyl. 39. legitur ἐείσω· quae ſcriptura grammaticorum manibus deberi videtur. Mihi vero ἐπριάμην videtur eſſe imperf., a praeſenti πρίαμαι ductum, vt Anteſignano ad Clenardii inſtitutt. L. Gr. p. 189. Hanou. mai. Praeter δοῖεν in exemplis Batauis, et Lipſienſibus poſterioribus, additum extat verbum ἤγερθεν, pro ἠγέρθησαν *3. plur. aor. 1.*

 *paſſ.*,

*paſſ.*, vt ſcilicet vſus huiuſmodi ſyncopes demonſtraretur.

*Ion. et Aeol.* τυψασκόμην] Haec verba in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deſunt. v. ad gram. p. 127. Syracuſiorum autem lingua perſonam ſec. ſing. huius temporis in α exire iuſſit. Schol. Theocriti ad Idyl. 4, 28., vbi ἐπάξα legitur, Τὸ δεύτερον πρόσωπον τοῦ πρώτου μέσου ἀορίστου οἱ Συρακούσιοι διὰ τοῦ α προφέρονται· ἐνοήσω ἐνοήσα, ἐγράψω ἐγράψα· οὕτω καὶ τὸ ἐπάξα ἀντὶ τοῦ ἐπήξω. Quae quidem ratio verior videtur eſſe ea, quam ſequutus eſt Etymol. M. v. Μενέλας p. 579. 20., qui α κράσει extitiſſe ex αο tradit. Conf. animaduerſionum P. 1. p. 106.

*aor. 2.* ἐτυπόμην] Etiam Etymol. M. v. ὑπόσχου p. 783. 47. vocat μέσον ἀόριστον δεύτερον παθητικόν. Lennepius vero p. 107. perſuadere nobis conatus eſt, hoc tempus eſſe imperf. paſſ., ductum a praeſ. τύπομαι. Iones tertiam perſ. plur. aor. 2., vt imperf. [v. ad gram. p. 148.], deſinere in εατο iuſſere: vt, ἀπικέατο Herodo. 4, 200. 7, 118.: περιεβαλέατο 6, 25.: ἐπυθέατο 7, 172.: ἐγενέατο 2, 166.: περιεγενέατο 1, 214.: ἀποταμοίατο 4, 99. Vid. Portus Lex. Ion. in εατο. Exempla verborum circumflexorum, et in μι deſinentium, in editt. Lipſſ. primis non extant.

*fut. 1.* τύψομαι] Quod eſt fut. paſſ. e ratione Lennepii p. 107., vt fut. 2. τυποῦμαι, ductum a fut. act. Ionico τυπέω. Exempla vtriuſque futuri reliquorum verborum ab editt. Lipſſ. primis abſunt. Sic, πείθω, fut. 2. act. πιθῶ, fut. 2. med. πιθοῦμαι Ariſtoph. Nubb. 87.

*formam praeſentium — non circumflectuntur*] Etymol. M. p. 786. 23. Φάγομαι· τὸ θέμα, φήγω τὸ ἐσθίω· ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔφαγον· ὁ μέλλων β', φαγῶ· ὅθεν καὶ τὸ ἀποφαγεῖν· ὁ μέσος μέλλων β', φαγοῦμαι ὤφειλεν εἶναι· ἀλλὰ σεσημείωται τὸ φάγομαι, πίομαι,

πίομαι, ἔδομαι· τὰ δὲ δεύτερα φάγῃ, πίῃ, ἔδῃ. Ἔδομαι Hom. Odyſ. ί, 369.: ἔδῃ, et πίῃ, Lucian. diall. deor. p. 190. To. 1. Graeu.: ἔδεται οἱ ὁ Eſai. 26, 11.: κατέδεται ibid. 33, 11.: ἔδεσθε Numerr. 18, 31.: ἐκπίομαι Xen. Cyrop. 1, 3. 8.: πίονται οἱ ὁ Pſ. 74, 8.: Moeris: Πίομαι. — Ἀττικῶς· πιοῦμαι, — Ἑλληνικῶς· Phrynichus eclogg. p. 12. Pau. Πιοῦμαι σὺν τῷ ῦ λέγων, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖς· πίομαι γὰρ ἐστι τὸ ἀρχαῖον, καὶ πιόμενος, ἄνευ τοῦ ῦ· Δίων δὲ ὁ φιλόσοφος, σὺν τῷ ῦ λέγων, ἁμαρτάνει· φάγεσθε οἱ ὁ Eſai. 29, 1.: φάγονται ib. 30, 24. Caeterum hac obſeruatione carent editt. Lipſienſes primae.

*item poëtica βέομαι*] Βέομαι legitur apud Hom. Il. ί, 194.: βέῃ Il. π΄, 852. ώ, 131.: Heſychius Βείῃ [l. βέῃ]· ζήσεις, βιώσεις, βιώσῃ, πορεύθῃ [l. πορεύσῃ]· βείομαι Il. χ΄, 431.: Heſychius: Βείομαι· πορεύσομαι, ζήσομαι· νέομαι Il. σ΄, 101. ψ΄, 150. Sed nec haec fut. 2. exempla in editionibus Lipſſ. primis propoſita inueniuntur.

Ad p. 163. *alia — carent quoque fut. 2. medio*] Haec quoque obſeruatio in exemplis Lipſſ. primis deeſt.

τέτυπε] Sic, πέφραδε Hom. Odyſ. ά, 273.: quod tamen poteſt eſſe praeſens actiuum a praeſ. πεφράδω ductum, quum infinit. πεφραδέειν Il. τ΄, 477. legatur: κεκράγετε Ariſt. Veſpp. 413.: ſed κέκραχθι, pro κέκραγε, Ariſt. Veſpp. 198. Theſmophorr. 699.: vt κέκλυθι, pro κέκλυε· quod tamen alii a praeſ. κέκλυμι ductum eſſe putant. Zenodotus ap. Etymol. M. v. κέκλυτε p. 520. Ἰστέον, ὅτι τὸ κέκλυθι [Il. κ΄, 284.], καὶ τὸ κέκραχθι, ὡς οἱ πλεῖστοι, καὶ ἡ χρῆσις μαρτυρεῖ, παρακειμένου εἰσί· τοῦ γὰρ προστακτικοῦ τὰ προστακτικὰ, ποτὲ μὲν εἰς ε λήγει, οἷον τέτυφε, ποτὲ δὲ εἰς θι, οἷον τέτυφθι. Conf. ad gram. p. 127. Caeterum verba, *formatio in genere — in ε mutatur*, et

 exem-

exempla verborum circumflexorum, in editt. Lipſſ. primis deſunt.

*formatur ab indicat. — in* $\overline{\sigma\alpha\iota}$ *mutando*] Etiam haec verba vna cum exemplis verborum circumflexorum, et in $\overline{\mu\iota}$ exeuntium, ab editt. Lipſſ. primis abſunt. Lennepius vero p. 101. docere inſtituit, ſec. perſ. ſing. imperatiui huius temporis debuiſſe eſſe *τύψασο*, ductam a perſ. ſec. ſing. aor. 1. indicatiui, ſed Graecos maluiſſe dicere *τύψαι*, qui eſſet aor. 1. infinit. actiui, quod infinitiui antiquitus pro imperatiuis eſſent in ipſorum lingua poſiti.

*τύπου*] At *πιθοῦ* Ariſtoph. Plut. 103.: ad quem locum ſchol. vet. de ſede accentus haec notauit, *Τὸ δὲ πιθοῦ περισπᾶται· ἔστι γὰρ δεύτερος ἀόριστος· τοῦτον δὲ οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσι, καὶ ἡ χρῆσις ἠκολούθησε τῇ διαλέκτῳ· ἡ γὰρ ἀναλογία βαρύνει, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος.* Atque hanc obſeruationem in Lexicó ſuo repetiit Suidas v. *πιθοῦ*, ita, vt pro *τοῦτον* legerit *τούτους*, ſed, verbis *ὥς φησιν Ἀπολ.* omiſſis, addiderit verſiculum hunc, *Πιθοῦ τί μοι· πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω.* Neocorus ad iſtum grammatici locum omnino nihil annotauit.

*τετύποιμι, τετύποις, τετύποι*] Sic, *ἀπεκτόνοι* Plut. V. Artax. 14. p. 402. To. 5.: *πεφράδοι* Il. ξ', 335.: quod tamen poteſt eſſe praeſens actiuum, a praeſ. indicat. *πεφράδω* ductum: certe *πεφραδέειν*, et *πεφραδέμεν*, leguntur Odyſ. η', 49. τ', 477.: *προεληλύθοις* Xen. Cyrop. 2, 4. 12. in cod. Guelf.: ſed cod. Palaeoc., aliorumque librorum ſcriptura, *προεληλυθοίης*, exquiſitior eſt: vt *πεποιθοίη* Ariſt. Acharnn. 938. Conf. ad gram. p. 127. Caeterum exempla aoriſti vtriuſque, et futuri primi, reliquorum verborum deſiderantur in editt. Lipſſ. primis. Praeſens vero, et imperf., declinatur, vt praeſens, et imperf., paſſiuum: vt, *πειρῶντο*, pro *πειράοιντο*, Thuc. 2, 81.

Ad

Ad p. 164. *nonnulli formant*] In exemplis Batauis legitur, *Gretſerus format:* ſed editt. Lipſſ. primae ſimpliciter exhibent tempora coniunctiui, infinitiui, et participiorum, verbi τύπτεμαι, omiſſis temporibus reliquorum verborum.

τετυπέναι] Vt τεθηλέναι Arrian. Indicc. p. 586. Blanc. Poſt verba, *reliqua eo carent*, exempla Batauа addunt verba, *Vide notas ad perfectum.*

Ad p. 165. *habet ε — ob rationem p. 161. allatam*] Haec omnia in editt. Lipſienſibus primis omiſſa ſunt: et in Batauis exemplis legitur, *ob rationem ſaepius repetitam.*

*de verbis in μι*] De hoc verborum genere, quae a Graecis grammaticis τὰ εἰς μι λήγοντα ῥήματα dicuntur, ſeparatim ſcripſerant Demetrius Ixion: v. Suidas v. Δημήτριος ὁ ἐπίκλην Ἰξίων, et ex eo Eudocia Ion. p. 132. ſ.: atque Philoxenus Alexandrinus: v. Suidas h. v., et ex eo Eudocia Ion. p. 224.: qui idem reliquerat opuſculum περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων, quod laudatur ab conditore Etymologici M. v. κναφεύ. p. 522. 42. De formatione horum verborum, atque declinatione, noua nuper praecepta tradidit Lennepius praelectt. acadd. de anal. L. Gr. c. 9.: quorum de veritate, atque vtilitate, cognoſcent, et ſtatuent, alii iudices huius operis graues, atque idonei. Nobis enim auctor eius multa etiam hoc in genere commentus eſſe videbatur, quorum nouitate vana, et perplexa, cognitio declinationis horum verborum redderetur adoleſcentulis multo difficilior, et incertior, quam praeceptionis aliorum grammaticorum recentiorum omnium ſimplicitate antiqua, quam adiuuaret grauis ipſorum ſcriptorum Graecorum auctoritas. Caeterum declinatio horum verborum non diuerſa ab reliquorum verborum declinatione reperietur, dummodo caetera tempora reuocentur ad formas praeſentium obſoletorum, a quibus ducta ſunt. Quo quidem in genere auctores ſu-

 mus

mus harum literarum ſtudioſis, vt omnino Etymologici Magni conditorem, alioſque grammaticos veteres, conſulant.

Ad p. 166. *Graeci — formarunt verba in* $\overline{\mu\iota}$] Et quidem Aeoles maxime. Gregorius p. 294. Τὰ δὲ εἰς ῶ καταλήγοντα ῥήματα παρ᾽ ἡμῖν εἰς $\overline{\mu\iota}$ ποιοῦσιν [*Aeoles*]· οἷον νοῶ νόημι, φιλῶ φίλημι· vbi v. Koenius: et p. 296. Τὸ ἐπαινῶ, αἴνημι· quod legitur apud Heſiod. Ἔργ. 683. Sic, αἴτημι, δίζημι, δείπνημι, ἀρίστημι. Euſtath. ad Odyſ. φ' p. 1900. 8. Οὕτω δὲ καὶ ἐκ τοῦ δειπνῶ, καὶ ἀριστῶ, — δείπνημι, καὶ δειπνάναι, καὶ ἀρίσταμεν, καὶ ἀριστάμεν, παρὰ Ἀθηναίῳ· locus Athenaei eſt 10, 6. p. 422. ſ.: ſed in verſiculis Alexidis, Eubuli, Antiphanis, Ariſtophanis, Epicratis, Hermippi, Theopompi, qui ibi laudantur, legitur nunc, δεδειπνάναι, ἠρίσταμεν, et ἀριστάναι. Πόθημι, Aeol. πέθεμμι· φίλημι [Simonid. fragmm. p. 15. Vrſin.], Aeol. φίλεμμι. v. Euſtath. ad Odyſ. ά p. 1408. 1. Νίκημι Theocr. Idyl. 7, 40. Πτῆμι, pro πτάω. v. Etymol. M. p. 663. 33. Κτῆμι, pro κτάω· vnde partic. aor. 2. κατακτὰς Eurip. Alc. 3, 696.: vt κλῆμι, pro κλάω· vnde aor. 2. partic. κλὰς Anacr. fragm. 137.: et compoſ. ἀποκλὰς fragm. 16, 2. Vid. Caninius Ἑλλην. p. 324. ſ. Cren.

*poëtae deducunt — Canin. p. 325. Cren.*] Et nos ſupra ad gram. p. 127. 9. Poëtae enim ſequuti ſunt hoc in genere linguam Aeolum. Sic a πρίω *vendo* [v. Etymol. M. v. Πρίαμος p. 688. 15.] ducitur πρίημι, med. πρίαμαι· ab ἀχάζω, ἀχάζημι, pro quo Alcaeus dixit ἀχνάσδημι. v. Herodianus apud Etymol. M. p. 181. Caeterum haec obſeruatio abeſt ab exemplis Lipſienſibus primis, in quibus paulo ante, vt in Batauis, legitur, *Augmenti enim hic eadem, quae in aliis verbis, eſt ratio, vt et dialectorum.*

*praefigitur tandem reduplicatio*] Graeci enim grammatici vſi ſunt hoc in genere nominibus ἀναδιπλασιασμὸς,

σιασμὸς, et διπλασιασμός. Editt. Lipſſ. primae, et Batauae, habent, *et praefigitur denuo reduplicatio.*

βάω, βίβημι] Partic. βιβὰς Heſiod. Ἔργ. 323. Hom. Il. ή, 213.: προβιβὰς Odyſ. ρ', 27. Sic pro χράω, χρῆμι, dicitur κίχρημι Demoſth. p. 1250. To. 2., et e praeſentibus φάσκω, et δάσκω, et τρώσκω, extitiſſe putantur praeſentia πιφάσκω, et διδάσκω, et τιτρώσκω· vid. Euſtath. ad Odyſ. κ' p. 1654. 29. 32.: vt πιπράσκω ex πράω, v. Etymol. M. p. 687. 50. Caeterum verba, *τίθημι dicitur pro θίθημι*, in editt. Lipſſ. primis non leguntur.

*incipientibus a vocali, vel* ς] Sed etiam ex πτάω πτῆμι ſic extitit praeſens ἵπτημι. v. Etymol. M. p. 662. 32.

*verba quarti ordinis, ſeu verba in* υω] Haec verba ita dicuntur, ratione verborum in εω, αω, οω, exeuntium. Vnde etiam Clenardius, aliique grammatici recentiores, deſcripſere verba in μι deſinentia in quatuor claſſes, quas Graeci grammatici veteres συζυγίας τῶν εἰς μι vocant, quarum ipſi quoque numerant quatuor. v. Etymol. M. p. 624. v. ἐμοκλήσασκεν, et p. 749. 52. Verba, *ſeu in his omnibus — haud diſcrepat*, in editt. Lipſſ. primis non leguntur: quae tamen pro κρεμνάω, et κρέμνημι, habent κρεμάω, et κρέμημι· v. Etymol. M. p. 324. 7.

*reduplicationem Ionicam*] Euſtathius ad Odyſ. κ' p. 1654. 29. vocat ἀναδιπλασιασμὸν συνήθη τοῖς Ἴωσιν. Κλῦθι Il. κ', 278.: κέκλυθι Odyſ. ό, 306.: plur. κέκλυτε Heſiod. Θεογ. 644. Τλᾶθι Eurip. Alc. 892.: et, per reduplicationem, τέτλαθι Odyſ. ύ, 18. v. Etymol. M. h. v. p. 754. 1.

Ad p. 167. *διδώσω, pro δώσω*] Διδώσομεν Odyſ. ί, 358.: διδώσειν Odyſ. ώ, 313.: διαδιδώσουσι Apoc. 17, 13., vt Eraſmus edidit: ſed vera lectio eſt διδόασιν. Etymol. M. v. πρήθω p. 687. Γίνεται παρὰ τὸ πιμπρῶ δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων, παράγω-

 γον,

γον, πίμπρημι· ὁ μέλλων, πρήσω· ὁ ἀόριστος, ἔπρησα· σημαίνει δὲ τὸ πνεῦμα τῆς φύσης. Caeterum in editt. Lipſienſibus primis tota ῥῆσις, inde a verbis, γέλημι a γελάω, vſque ad verba, *reduplicationem habent inſerto* μ, deeſt.

*quin etiam in communi dialecto*] Editiones Batauae legunt, *Imo et in communi verba haec* — ἐτίθει, *pro* ἐτίθεε, *imponebat* — *ex* ἱστάω ἵστημι — *quod et in aliis obſeruant* —. Ἐδίδȣ legitur Marc. 4, 8.: vbi v. Heupelius: et ἐπιτίθει 1. Tim. 5, 22. Neque vero communis tantum dialectus, ſed etiam Attica, et Ionica, vſa eſt hac praeſentis, et imperfecti, horum verborum forma: vt, διδοῖς Il. ί, 164.: διδοῖ Il. ί, 515.: ἐδίδȣς Xen. Cyrop. 8, 3. 13.: ἐδίδȣ Odyſ. λ', 288. Herodo. 1, 208. Xen. Cyrop. 6, 2. 3.: ἀπεδίδȣ Xen. ib. 8, 3. 15.: ἱστᾷ Herodo. 4, 103.: ἱστᾶτε Aeſchin. de f. legat. p. 267. To. 2. Tail.: τιθεῖ Theogn. 282.: προστιθεῖς Eurip. Herc. fur. 710.: vbi v. Muſgrauius: παρτιθεῖ Odyſ. ά, 192.: *imperf.* ἵστα Herodo. 2, 106. Ioſeph. Archaeol. 3, 6. 2.: ἀμφιτίθει Theogn. 846.: ἵστων Clem. Alex. Protr. p. 30. A Colon.: ἐφίστων Id. Paedag. 1, 7. p. 109. 6.: ἀπεκαθίστων οἱ ὁ Gen. 29, 3. vid. Etymol. M. p. 177. 4. Georgius Hierocr. 1. p. 35. ſ. et Metarius p. 324. Sic partic. προβιβῶντα Odyſ. ό, 554.

*reduplicatio — per ε formatur*] Etymol. M. p. 749. 50. ἐκ τȣ̃ θνῶ γίνεται, κατὰ ἀναδιπλασμὸν, τεθνῶ· ἐξ ȣ̃ τέθνημι συζυγίας δευτέρας τῶν εἰς μι. A Caninio Ἑλλην. p. 326., praeter formam praeſentis ἕστημι *ſto*, a qua ductum eſt ἕσταμεν Odyſ. φ', 261.: *optat.* ἀφεσταίη, Odyſ. ψ', 101. 169.: *imperat.* ἕσταθι Odyſ. χ', 489., et *infinit.* ἑστάμεν Il. δ', 324.: etſi Euſtath. ad Odyſ. ψ' p. 1940. 48., et cum eo Sylburgius ad Clenard. p. 505. Hanou. mai., ἀφεσταίη pro ἀποσταίη poſitum eſſe, praecipiunt: a Caninio igi-

tur

tur laudantur formae Boeoticae [v. animaduerſſ. P. 1, p. 85. ſ.] praeſentium πεφίλειμι, et νενόειμι· quod ipſum factum eſt ab Clenard. p. 165. et Anteſignano ad Clenard. p. 103.

*ſic putant*, ἀλαλύκτημαι] Legitur Il. κ', 94. Alii putant eſſe praeſens, alii praeteritum perfectum. v. Methodius ap. Etymol. M. h. v. p. 56. et Euſtath. ad Il. κ' p. 792. 6. Ὀνίνησι legitur apud Heſiod. Θεογ. 429. Ἔργ. 318. Πιμπλᾶσι habet Hom. Il. φ', 23.: ἀποπιμπλάναι Herodo. 2, 129.: ἀναπίμπλαμεν 6, 12.: ἐμπιμπλᾶσι 4, 72.: ἐνεπίμπρη 1, 17.: ἐνεπίμπρασαν 6, 32. vid. Etymol. M. v. πίμπλαντο p. 672. et v. πρήθω p. 687. 47.

Ad p. 168. *in* ἵστημι *eſt* ἱστᾶς] Haec obſeruatio in editt. Lipſſ. primis deeſt: et pro verbis, *Infinit.* — *breuem habet*, legitur in iis, vt in Batauis, *Infinitiuus breues habet.* Pro *ex* ἱστάω reſcribe *ex* ἵστημι.

τιθῶ — θῶ] Editt. Lipſſ. primae, et Batauae, habent, τιθῶ θῶ *etc.* Omiſſi enim in iis ſunt Infinitiui, τιθέναι, θεῖναι, et participia, τιθείς, θείς.

*coniunct.* διδῶ — *partic.* διδούς, δούς] Deſunt haec verba in exemplis Lipſienſibus primis, et Batauis.

*indicat.* ἵστην — *partic.* ἱστάς, στάς] Neque haec verba in editt. Lipſſ. primis leguntur: et in Batauis poſt aor. 2. ἔστην addita extant verba, ε̄ *ex augmento eſt.*

Ad p. 169. *perf.* τέθεικα — *pro* τέθηκα] Scilicet perf. τέθεικα ductum eſt a forma praeſ. θείω, ſed aor. 1., vt fut., a forma praeſ. θέω.

*carent fut.* 2.] Nam δῶ, quod in cod. Vatic. Deut. 2, 5. legitur, et pro quo cod. Alex. habet δώσω, eſt haud dubie fut. 1. contractum, vt ſupra ſignificauimus ad gram. p. 132. At apud Xen. Cyrop. 8, 4. 8. δῶ, vt ſcriptum eſt in cod. Palaeoc. et Guelf., quum leges conſequutionis temporum, praeter rem ipſam,

futurum

futurum poſtulent, quod vim praeſentis coniunctiui Latinorum habeat, videtur eſſe fut. 2. Si enim verba in $\overline{\mu\iota}$ deſinentia omnia omnino caruiſſent hoc futuro: vnde tandem extitiſſe aor. 2. putemus?

*verba in $\overline{\mu\iota}$ — ſi triſyllaba fuerint*] Horum enim verborum reliqua tempora ducuntur a forma praeſentium natiua. Sic verbum ζεύγνυμι a forma praeſentis ζεύγω habet *fut. 1.* ζεύξω Pindar. Iſthmm. 1, 7.: *aor. 1.* ἔζευξαν Id. Pythionn. 10, 102.: *imperat.* ζεῦξον Id. Olymρp. 6, 37.: *infinit.* ζεῦξαι Id. Olympp. 13, 91.: καταζεῦξαι Plut. apophthegmm. regg. p. 107. To. 8.: *partic.* ζεύξασα Pind. Pythionn. 4, 383.: ἐνζεύξας Soph. Oed. tyr. 718.: perf. paſſ. *infin.* ἐζεύχθαι Arrian. anab. 5. p. 328.: *aor. 1. paſſ.* ἐζεύχθη Arrian. anab. 5. p. 327.; ζευχθέντες Pind. Olympp. 3. 11.: *aor. 2.* ὑπεζύγην Sophocl. Aiac. 24.: *infin.* ζυγῆναι Id. Oed. tyr. 826.: *partic.* ζυγὲν Pind. Iſthmm. 7. 26. Vid. Schmidius ad Pindar. Nemeonn. 7, 8. p. 155. ſ. Et futurum, atque caetera, quae ab eo proficiſcuntur, tempora, verbi δείκνυμι originem ſuam debent formae praeſentis obſoletae δείκω.

*imperfecto ſimilem — Cruſius p. 278.*] Haec verba editt. Lipſſ. primae non habent.

*carent haec verba etiam optat.*] At apud Plat. Phaedon. 66, legitur, ὅτι ψύχοιτό τε, καὶ πήγνυτο, etiam in cod. Tub. et Aug.; ſed Turnebus edidit πηγνύοιτο.

*quanquam in Plat. Gorgia etc.*] Haec verba in editt. Lipſienſibus primis non leguntur. Auctor eorum reſpexiſſe videtur ad locum Plat. Gorg. 23. p. 92., vbi Baſ. 2. legit ὅταν ἀποκτίννυμεν· ſed vera ſcriptura eſt ἄν τινα ἀποκτίννυμεν, ita, vt ἀποκτίννυμεν ſit praeſens indicatiui. Attici enim hac verbi forma vnice delectati ſunt. vid. nos ad Plat. Apol. 18, 9. Ἀποκτίννυσι Demoſth. p. 674. To. 1.: ἀπεκτίννυσαν Xen. anab. 6. p. 473. Hutchinſ.: partic. ἀποκτιννὺς Plato Gorg.

Gorg. 24. p. 95.: ἀποκτιννύντας Demoſth. p. 582. To. 1.

Ad p. 170. *interdum in praeſenti — inueniuntur*] Haec obſeruatio, ſupra iam gram. p. 167. propoſita, idoneorum ibi ſcriptorum auctoritatibus eſt a nobis confirmata.

*pluralis perſ. tertia — cum dat. plur. partic.*] Etymol. M. v. ἀφιᾶσιν p. 177. 11. ἐστι ῥῆμα ἵημι· — τὸ τρίτον, ἱεῖσιν· ὁμοίως τῇ δοτικῇ τῶν πληνθυντικῶν τῆς ἰδίας μετοχῆς.

*pro* ζευγνῦσι — διδόασι, *Ionice*] Verba, *Sic et* τιθέασι, διδέασι, *Ionice*, in editt. Lipſienſibus primis deſunt. Etymol. M. v. ἀφιᾶσιν p. 177. 15. Ταῦτα δὲ τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν εἰς μι πληθυντικῶν οἱ Ἴωνες προσόδῳ τοῦ α, καὶ συστολῇ τῆς παραληγούσης, προφέρουσιν, ἀφίασι, τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι· καὶ ἀπὸ τοῦ ἱεῖσιν Ἰωνικῶς ἱέασι· καὶ ἐν συνθέσει, ἀφιέασιν· καὶ κατὰ συναίρεσιν Ἀττικὴν, ἀφιᾶσιν. Ex Ionum vero lingua profecta eſt haec quoque perſonae tertiae plur. forma in ſermonem Atticorum. v. Georgius Hierocr. 1. p. 145. ſſ. et Metarius p. 130. Nos quidem infra ad gram. p. 178. ſ. exempla praeſ. huius formae idonea proponemus.

ἐζεύγνυν — ἐζεύγνυσαν] Hoc praeteritum imperfectum deeſt in editt. Lipſienſibus primis.

Ad p. 171. *retinent enim* η] Editt. Lipſienſes primae addunt verba, *et augmentum praeponitur:* ſed verba, *verba quarti ordinis* [h. e. verba in υμι deſinentia] *carent —. Reliqua tempora — curauimus integra themata*, omittunt, vt paulo poſt verba, *et* δίδου, *pro* δίδοε, διδότω κ. τ. λ.· et editt. Batauae legunt, δίδοθι, διδότω. *Dicitur et* δίδου *pro* δίδοε. — δείκνυθι *oſtende* — ἴσαθι *cognoſce*.

*vt* τύπηθι] Editt. Batauae ſimpliciter habent, τύπηθι· Lipſienſes vero primae haec verba non minus, quam verba, ἴθι, *et* ἕς — *apocope vſitata eſt — caetera*

*tera eo carent*, omittunt. Ἀπέϛα legitur apud τοὺς ὁ Iob. 21, 14., vt ἄνϛα apud Theocr. Idyl. 24, 36.: ἐμπίπλη Ariſt. Auu. 1310.: ad quem locum ſchol. haec annotauit, Ἐμπίπλη, Ἀττικόν· ἦν γὰρ τὸ κοινὸν, ἀπὸ τοῦ πίπλημι, πίμπλαθι, ὡς ἵϛαθι· ὅμοιον δέ ἐϛιν καὶ τὸ, Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα, παρὰ τῷ ποιητῇ [Odyſ. ί, 347.]. Ἀττικοὶ γὰρ οὐ τρέπουσιν ἐπὶ τῶν εἰς μι τὸ μ εἰς τὸ θ ἐν τοῖς προστακτικοῖς, καὶ συϛέλλουσι τὴν παραλήγουσαν, ὡς ἡ κοινὴ [f. οἱ κοινοί· v. animaduerſſ. P. 1. p. 35.]· ἵϛημι ἵϛαθι, καὶ πίμπλημι πίμπλαθι· ἀλλὰ τελείαν ἀποβολὴν τῆς μι ποιούμενοι πίμπλη, καὶ ἵϛη, λέγουσιν, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆμι, τῆ. Vid. Georgius Hierocr. I. p. 153. ſ. Nos vero cum in hoc capite, tum in capite de verbis anomalis, plura huius aoriſti formae exempla ſuo loco depromemus.

Ad p. 172. *diſyllaba in* υμι *habeant aor. 2.: vt* κλῦθι] Adde, *et ab iis ducta.* Recte. nam penultima ſyllaba huius temporis longa eſt: v. Il. ά, 37.: quum eadem ſyllaba praeſentis breuis ſit. v. Etymol. M. v. κέκλυτε p. 520. 38. Sed alii tamen grammatici vtriuſque aetatis κλῦθι praeſens eſſe praecipiunt.

*praeſ. et imperf.* τιθείην] In editt. Lipſſ. primis addita extant verba, *vt* τυφθείην· ſed verba, *ſic* ἱϛαῖεν — διδοίησαν, omiſſa ſunt.

*pro* δοίην — *2. Theſſ. 3, 16.*] Neque haec verba leguntur in editt. Lipſienſibus primis. Vtraque aor. 2. forma vſus eſt Homerus, cuius loci infra a nobis ſuo loco laudati ſunt. Sed grammatici veteres doctiſſimi formam praeſ., et aor. 2., optat. verbi δίδωμι in οίην deſinentem tribuerunt Atticorum linguae. Phrynichus eclogg. p. 152. Διδῴη, καὶ διδῴης, οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν τοῦτο τὸ εὐκτικὸν εἶπε διὰ τοῦ ω, ἀλλὰ διὰ τῆς οι διφθόγγου κ. τ. λ.· vbi v. Nuneſius. Thomas Magiſter: Διδῴη, καὶ δῴη, εὐκτικῶς, φησὶ Φρύνιχος, οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ διδοίη, καὶ δοίη· τὸ μέντοι

διδῴη, καὶ δῴη, ἐπὶ ὑποτακτικȣ̃ τιθέασι. Moeris p. 117. Δοίημεν, δοίητε, Ἀττικῶς· δῴημεν, δῴητε, Ἑλληνικῶς. Et in Suidae quidem Lexico v. βιῴη haec altera forma aor. 2. Dorica eſſe traditur. Verba grammatici ſunt, Βιῴη, ἀντὶ τȣ̃ βιοίη· ὥσπερ καὶ τὸ δῴη, ἀντὶ τȣ̃ δοίη· κατὰ ἔκτασιν τȣ̃ ο μικρȣ̃ εἰς ω, Δωρικῶς. At in Theocriti quidem carminibus nunc forma altera, διδοίην, et δοίην, legitur: quae ipſa forma quum libros Atticorum legentibus fere vbique occurrat: vix dubitandum eſſe putamus, quin forma διδῴην, et δῴην, quae nunc in paucis quibuſdam locis eorundem ſcriptorum extat, manibus recentiorum librariorum debeatur: vt, δῴης Xen. Cyrop. 3, 1. 20.: vbi tamen cod. Guelf. et Palaeoc. habent δοίης· v. ad Phaedon. 8, 10.: ἀντιδῴην Demoſth. p. 840. To. 2.: v. Georgius Hierocr. 1. p. 119.: qui tamen perperam locum Platonis Gorg. 36. p. 131. laudauit: ibi enim legitur, ὅπως ἂν διαφύγῃ, καὶ μὴ δῷ δίκην ὁ ἐχθρὸς, non δῴη· niſi quis contendere velit Platonem, alioſque, recentiores maxime Atticos, auctoritate Homeri, quem tamen Phrynichus oſtendit, ſed falſo, in ſubiunctiuo tantum dixiſſe δῴην, excitatos, vtraque quidem forma vſos eſſe, ſed ita, vt formam δοίην alteri praetulerint. Nam Thomas Magiſter, Ὥστε ȣ̓κ ἔδει λέγειν, inquit, ὅτι ὑποτακτικὰ ταῦτά ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅτι τὸ διδοίη, καὶ δοίη, ἐν χρήσει μᾶλλον τȣ̃ διδῴη, καὶ δῴη. Scilicet Caninius iam Ἑλλην. p. 339. formam aor. 2. δῴην poëticam, et Atticam, dixit, vt Anteſignanus ad Clenard. p. 184. Han. mai. Atticam, Aeolicam, ac Doricam.

*praeſ. et imperf.* τιθῶ] Macrobius p. 681. *Apud quos* [Graecos] *hoc habet praecipuum hic modus* [Coniunctiuus], *quod omne tempus eius actiuum primam perſonam ſingularem in* ω *mittit,* ἐὰν ποιῶ, ἐὰν πεποιήκω, ἐὰν ποιήσω· *adeo, vt et illa verba, quae in* μι *exeunt, cum ad hunc modum venerint, redeant ad illa in* ω *deſinentia, de quibus deriuata ſunt,* τιθῶ, τίθημι, *et*

*in*

*in coniunctiuo*, ἐὰν τιθῶ, *item* διδῶ, δίδωμι, ἐὰν διδῶ.

Ad p. 173. *Particip. — praeſ. et imperf.* τιθεὶς] Sed Argiui, et Cretes, pro τιθεὶς dixere τιθένς· v. Euſtath. ad Il. θ' p. 722. 59.: quem locum iam laudauimus harum animaduerſionum P. 1. p. 186. Exempla Batava habent, δεικνὺς *oſtendens*, ſed verba, ςᾶσα, ςὰν, δᾶσα, δὸν, omittunt.

Ad p. 174. *habet terminat. — vocis*] Abſunt haec verba ab editt. Lipſſ. primis, vt deinceps verba, *et praeponendo augmentum.*

*ſic* ἐςάμην *— nec in verbis in* μι] Neque haec verba in editt. Lipſienſibus primis leguntur. Exempla Batava habent, *Sic formatur analogice. Apud bonos auctores hic, et in reliquis, deſideratur, quemadmodum et in verbis in* νμι.

θέσο, *et* θᾶ] Verba, *et* θᾶ, non ſunt in editt. Lipſienſibus primis, quae nec reliquas perſonas, θέσθω — ςάσθω — δόσθω, habent.

Ad p. 175. *formatur — in* μην *mutando*] Carent his verbis editt. Lipſienſes primae, et Batauae habent, *mutato.*

ςαίμην *—* δοῖντο] Haec omnia in editt. Lipſienſibus primis deſunt.

διδῶται] Editt. Lipſſ. primae, et Batauae, addunt, ō *retinet:* et verba, δῶμαι — δῶνται, ab exemplis Lipſienſibus primis abſunt, vt paulo poſt infinitiui, ἵςασθαι, δίδοσθαι, ζεύγνυσθαι, ςάσθαι, δόσθαι, et participia, ςάμενος, δόμενος.

*ſed viſum eſt verba — tironum ſtudiis*] Exempla Batava habent, *Viſum quoque eſt ipſa verba in* μι *integre huc denuo inſerere, quod et amici nonnulli poſtularunt.* Nam in editt. Lipſienſibus primis abſunt, non ſolum tabulae illae duae, in quibus forma verbi actiui τίθημι, et paſſiui, et medii, exhibetur, vt in editt. Batauis,

tauis, ſed etiam ipſa coniugatio verborum in $\overline{\mu\iota}$ exeuntium, actiuorum, mediorum, et paſſiuorum.

Ad p. 176. *quae imitantur* — *ἕς mittito*] Vid. omnino Choeroboſcus, et Zenodotus, apud Etymol. M. v. σχὲς p. 740.

Ad p. 177. *Iones in coni. pro τιθῶ etc.*] Vid. Etymol. M. v. θείομεν p. 449. et Portus Lex. Ion. in εω. Θείω legitur Il. π', 83. Odyſſ. λ', 145.: θείομεν Il. α', 143.: καταθείομαι Odyſſ. τ', 17.: ϛέωμεν Il. λ', 348. χ', 231.: ϛείομεν Il. ε', 297.: θέωσι Herodo. 4, 71.: περιθέωμεν Id. 3, 81.

Nos vero iam inſtituemus perſonis temporum ſingulorum iis, quae nobis Graecorum veterum libros lectitantibus occurrerunt adhuc, locos ſcriptorum ipſos addere. Quam quidem operam etſi imperitis harum literularum, ſordidique Pluti maiore, quam Palladis candidae, amore captis, egregie leuem, inutilemque prorſus, viſum iri ſatis praeuidemus: vſu tamen rerum huius generis praeſtantibus, iiſque maxime, qui in emendandis veterum ſcriptis ſtudium ponere, curamque, velint, non ingratam hanc diligentiam, iniucundamque, futuram certiſſime ſperamus eſſe. Sed, vt perf., et pluſquamperf., et aor. 2., verbi actiui ἵϛημι, eiuſque familiae, in omnibus modis ſemper habent vim horum temporum διαθέσεως μέσης, quia haec fuere inuſitata: vnde εἱϛήκειν puto appellatum eſſe ab Etymol. M. p. 306. 27. μέσον ὑπερσυντελικόν· ita praeſens maxime, et aor. 2., act. verborum τίθημι, atque δίδωμι, et ſimplicium, et compoſitorum [v. Plato Phaedon. 17, 2.], in modo quoque interdum poteſtate praeſ., et aor. 2., medii gaudent, vt ſuo quaeque loco annotabimus. Atque eo pertinent multa alia verba in $\overline{\mu\iota}$ deſinentia, vt φῦμι, δῦμι, ἅλωμι, eorumque familiae: quorum perf., et pluſquamp., et aor. 2., act. vim perf., et pluſquamp., et aor. 2., medii habent. Huius vero obſeruationis indicio, et deprehendi, et corrigi,

rigi, multa manus librariorum peccata poſſunt. Sic apud Xen. Cyrop. 4, 2. 17. pro περιίϛασαν reſcribi debet περιέϛησαν, aut certe περιέϛασαν· vt 8, 1. 1. Iunt. Ald. pro ἀνέϛη male legunt ἀνίϛη. Caeterum in Batauis exemplis verbis, *Coniugatio verborum in* μι *deſinentium actiuorum*, praemiſſa ſunt verba Graeca, Διάθεσις τῶν ῥημάτων εἰς μι ληγόντων ἐνεργητικῶν.

Ad p. 178. τίθημι] Boeotice τίθειμι, vt ἵϛειμι, et κίρνειμι· v. Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. β' p. 1442. 50.: quem eius locum animaduerſſ. P. 1. p. 85. ſ. propoſuimus: τίθης Eurip. Alceſt. 58.: τίθησθα Odyſ. ι, 404.: τίθησι Plato Cratyl. 9.: Dor. τίθητι Theocr. Idyl. 3, 48.: et plur. τίθεντι·, v. Metarius p. 233.: παρατίθησι Herodo. 4, 73.: συντίθεμεν Iſocr. c. Sophph. p. 334. To. 2.: τιθεῖσι Heſiod. Θεογ. 597. Herodo. 2, 91. 4, 34.: συντιθεῖσι Herodo. 2, 96. 4, 67.: προστιθεῖσι Id. 1, 20.: Ion. et Att. τιθέασι Thuc. 2, 34.: Xen. Cyrop. 8, 8. 8. Ariſt. Veſpp. 562.: ἀνατιθέασι Demoſth. p. 452. To. 1.: προτιθέασι Herodo. 5, 8. Iſocr. de pace p. 368. To. 1.: συντιθέασι Herodo. 4, 23.: προστιθέασι Hippocr. περὶ διαιτ. 1, 15. p. 194. To. 1. Demoſth. p. 688. To. 1.: ἀνατιθέασι Hippocr. περὶ τέχν. 12. p. 7. To. 1. Etymol. M. v. ἀφιᾶσιν p. 177. 16. Ταῦτα δὲ τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν εἰς μι πληθυντικῶν, οἱ Ἴωνες προσθῷ τοῦ α, καὶ συϛολῇ τῆς παραληγούσης, προφέρουσιν, ἀφιᾶσι, τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι. add. ſchol. Ariſt. ad Plut. 77. Exempla Batauа addunt, Att. τιθᾶσι. Sed a praeſ. τιθέω ductum eſt τιθεῖς Pindar. Pythionn. 8, 14.: τιθεῖ Herodo. 1, 113.: vt a προστιθέω, προστιθεῖς Eurip. Herc. fur. 710.: vbi v. Muſgrauius: a διατιθέω, διατιθεῖς Ariſt. Lyſiſtr. 895.: ab ἐπιτιθέω, ἐπιτιθεῖς Herodo. 5, 95.: a προτιθέω, προτιθεῖς Herodo. 1, 133.

ἐτίθην]

ἐτίθην] Lyſias p. 852. To. 1. Reiſqu.: ἐτίθεσαν Herodo. 1, 144. Xen. Apomnn. 3, 14. 1.: παρετίθεσαν Xen. Cyrop. 8, 7. 2.: περιετίθεσαν Plut. V. Arati c. 31. p. 324. To. 6.: ἐπετίθεσαν Herodo. 7, 36.: ἀνετίθεσαν Thuc. 8, 82.: ξυνετίθεσαν Id. 1, 97.: Ion. ὑπερετίθεα Herodo. 3, 155.: v. Portus Lex. Ion. in εα· ἐτίθεις Demoſth. p. 719. To. 1.: τίθει Odyſſ. ά, 131.: ἐτίθει Polyb. 3, 114. Theocr. Idyl. 2, 56.: v. Etym. M. v. ἀφίει p. 177.: ἐτίθει πάρα Odyſſ. έ, 196.: ἐν — τίθει Odyſſ. έ, 267.: προσετίθει Xen. Cyrop. 4, 1. 11. Plut. V. Pomp. 46. p. 198. To. 4.: πρόετίθει Xen. Cyrop. 8, 2. 13.: ὑπετίθει Id. ibid. 7, 5. 6.: περιετίθει Herodo. 6, 69.: a praeſ. τιθέω. Τίθεν pro ἐτίθεσαν Pind. Pythionn. 3, 114.: v. Etymol. M. p. 467. 27.: τίθεσκεν Heſiod. fragmm. 177.

ἔθην] Ἔθεμεν Andocid. 4. p. 121. To. 2. Reiſqu.: ἀνέθεμεν Aeſchin. p. 510. To. 1. Reiſqu.: διέθεμεν Iſocr. Paneg. p. 181. To. 1.: ἔθεσαν Herodo. 5, 77. Plato Cratyl. 36.: θέσαν Il. β', 599. Pind. Pythionn. 2, 72.: θέσσαν Pind. Olymppp. 1, 102.: ἀνέθεσαν Herodo. 1, 26.: προέθεσαν Id. 9, 94.: συνέθεσαν Plato Cratyl. 36.: ἐξέθεσαν Ariſt. Rann. 1221.: περιέθετε Thuc. 6, 89.: προσέθεσαν Herodo. 5, 11. Polyb. 10, 14.: ἐπανέθεσαν Xen. Cyrop. 1, 2. 2.: vt legitur in cod. Brem. et Bodl. pro ἐπέθεσαν.

τέθεικα] 1. Corr. 3, 10.: τέθεικεν Demoſth. p. 487. To. 1.: τεθείκαμεν Id. ib. p. 473.: προστεθείκαμεν Id. ib. p. 459.: τεθείκατε Id. ibid. p. 598.: ἐπιτεθείκατε Polyb. excc. legatt. 104. p. 744. To. 2.: τεθείκασιν Demoſth. p. 31. To. 1.: διατεθείκασιν Id. ib. p. 90. Vid. animaduerſſ. P. 1. p. 85. ſ.

ἔθηκα] Aeſchyl. Prom. 443. Andocid. 1. p. 60. To. 2. Reiſqu.: ἔθηκας Demoſth. p. 761. To. 1.: ἔθηκεν Id. ibid. p. 629. Plato Gorg. 41. p. 149. Ariſt.

Nubb. 1192. Il. α', 2.: θῆκε Odyſ. α', 153.: ſed ἔθεικεν apud Heſiod. Ἔργ. 677., ſi ſcriptura recte ſe habet, ductum eſt a praeſ. θείω, aut Boeotice dictum eſt pro ἔθηκεν, vt τέθεικα dicitur pro τέθηκα· ἐθήκαμεν Xen. Apomnn. 4, 2. 15.: ἔθηκαν Eurip. Phoenn. 30.: ἀνέθηκεν Herodo. 1, 14.: προέθηκε Id. 9, 27.: ἐπέθηκαν Matth. 21, 7.

θήσω] Ariſt. Nubb. 1257. Herodo. 3, 3.: προσθήσω Dem. p. 99. To. 1.: θήσεις Soph. Oed. Col. 906.: καταθήσεις Ariſt. Rann. 177.: θήσει Demoſth. p. 601. To. 1. Herodo. 1, 9.: συνθήσει Plato Cratyl. 41.: θήσομεν Demoſth. p. 488. To. 1. Aeſchyl. Perſſ. 229.: προσθήσομεν Xen. Apomnn. 3, 2. 34.: καταθήσομεν Theocr. Idyl. 18, 44.: ἀναθήσομεν Plut. V. Demoſth. 1. p. 258. To. 5.: θήσετε Thuc. 1, 40.: ἀναθήσουσι Iſocr. ad Demon. p. 39. To. 1.: Dor. θησῶ Theocr. Idyl. 8, 14.: θησεῖς Idyl. 8, 17.: θασῶ Moſchus Idyl. 3, 49.: θήσοντι Bion fragmm. p. 244. Vrſin.: καταθησῶ Theocr. Idyl. 8, 20.

τίθετι] Τίθει Aeſchyl. Agam. 931.: προστίθει Ariſt. Rann. 1316.: προτίθει Thuc. 6, 14.: τιθέτω Demoſth. p. 1074. To. 2.

θέτι, vel θὲς] Θὲς Il. ζ', 273. Theocr. Idyl. 8, 14. Aeſchyl. Choëphph. 788.: ἀντίθες Herodo. 8, 60. 1. Plato Gorg. 16.: ἀμφίθες Theocr. Idyl. 15, 40.: πρόθες Soph. Antig. 221. Herodo. 1, 112.: κατάθες Demoſth. p. 496. To. 1.: ἐπίθες Ariſt. Rann. 915.: ἔνθες Id. Veſpp. 1156.: διάθες Id. Auu. 1331.: θέτω Demoſth. p. 488. To. 1.: ἀντίθετε Dinarch. 1. p. 74. To. 2. Reiſqu.: παραθέντων, pro παραθέτωσαν, Ariſt. Nubb. 455.

ἵστημι] Ἵστησιν Soph. Electr. 27. Herodo. 2, 95.: καθίστησιν Demoſth. p. 603. To. 1.: ὑπίστησι Herodo. 5, 16.: ἵστατε Aeſchin. p. 258. To. 1.: ἀνίστατε Soph. Aiac. 800.: ἱστᾶσι Herodo. 5, 16. Demoſth. p. 425. To. 1.: καθίσταμεν Iſocr. de pace p. 387. To. 1.:

ἱστᾶσι

ἱςᾶσι Herodo. 5, 16.: καθιςᾶσιν Iſocr. Panath. p. 189. To. 2.: συγκαθιςᾶσι Id. Paneg. p. 186. To. 1.: ἀφιςᾶσι Thuc. 8, 14.: περιϊςᾶσι Herodo. 3, 24.: ἐπιςᾶσι Id. 1, 167.: Ion. ἀνιςέασι Herodo. 5, 71.: Dor. ἐξιςᾶντι, et ἀποκαθιςᾶντι, Timae. Locr. p. 557. Gal. 2. Ab ἱςάω, ἵςᾳ Herodo. 4, 103. Sed pro ἵςημι dicitur etiam ἕςημι, vt ſupra ad gram. p. 167. oſtendimus, quod ſignificet *ſto*. Sic ἕςαμεν Plato Gorg. 23. p. 92.: ἑςᾶσι Xen. Cyrop. 6, 2. 7. Herodo. 2, 83.: καθέςαμεν Thuc. 6, 18.: ἀφέςαμεν Demoſth. p. 66. To. 1.: προσέςαμεν Ariſt. Acharnn. 683.: ἀφέςατε Dem. ib. p. 99.: καθέςατε Andocid. 2. p. 78. To. 2. Reiſqu: περιεςᾶσι Demoſth. p. 367. To. 1.: ἀφεςᾶσι Thuc. 1, 61. 8, 22.: ἀπεςᾶσι Herodo. 1, 155.: διεςᾶσι Id. 8, 98.: παρεςᾶσι Plato Phileb. 37.: ſed προεςέατε Herodo. 5, 49.: κατεςέασι 1, 200.: ἀνεςέασι 3, 62. Sic vero intellegitur, rationem eorum valere non poſſe, qui, praeeunte Euſtathio ad Il. λ' p. 843. 13., tradunt, ἕςαμεν dictum eſſe, per ſyncopen, pro ἑςήκαμεν. Ex hac enim ratione ſcribi ἕςασι deberet. v. Sylburgius ad Clenard. inſtitutt. L. Gr. p. 504. ſ. Hanou. mai.

ἵςην] Ἵςης Aeſchyl. Choëphph. 885.: καθίςην Demoſth. p. 974. To. 2.: συνίςην Aeſchin. p. 257. To. 1.: καθίςης Xen. Cyrop. 1, 6. 19. p. 52. Lipſ.: ἵςη Ariſt. Veſpp. 40.: ἀφίςη Xen. Cyrop. 5, 5. 12.: ἀνίςη Id. ib. 7, 2. 1.: καθίςη Iſocr. enc. Hel. p. 131. To. 2.: παρίςη Demoſth. p. 519. To. 1.: ἐνίςη Herodo. 2, 102.: ſed ἵςα Id. 2, 106.: et κατίςα 6, 43.: καθίςασαν Aeſchyl. Perſſ. 382.: ἀφίςασαν Iſocr. Panath. p. 233. To. 2.: ἀνθίςασαν Thuc. 1, 105.: ἵςασαν Demoſth. p. 686. To. 1. Sed ab ἕςημι ducitur imperf. ἕςαμεν Odyſ. λ', 465.: ἕςασαν Il. β', 525. Thuc. 4, 56. Herodo. 4, 79.: καθέςαταν Thuc. 7, 28. 8, 76.: συνέςασαν Herodo. 1, 208.: ἀπέςασαν Id. 8, 126.: ἐφέςασαν Heſiod. Ἀσπ. 258.

